

DISPUTATIO INAUGURALIS

DE

# CONCURSU ET GRADUATIONE CRE- DITORUM

IN

FORO ELECTORALISAXONICO  
CONCURRENTIUM,

*Quam*

DIVINI NUMINIS AUSPICIO,

*Ex*

Decreto atque Autoritate  
Incltyti Jctorum Ordinis in alma Electorali  
Wittenbergensi Academia,  
SUB PRÆSIDIO

*Viri Nobilissimi, Consultissimi atq; Excellentissimi,*

## DN. WILHELMI LYSERI,

J. U. D. & Antecessoris ibidem longe celeberrimi, Curiae  
Provincialis, Scabinatus & Facultatis Juridicae Assessoris  
gravissimi,

*Patroni suo multis nominibus colendissimi,*

Pro

Licentia Doctorali Utriusque Juris  
consequenda

*D. 13. Sept. Anno 1670. Publice ventilanda  
exhibet*

## BALTHAS. BENJAMIN GRAUPIZ,

Augustoburgo-Misnicus.

*In Auditorio Majori, Horis matutinis & pomeridianis. 244.*

Diss. jur. civ. LIPSIÆ, Recusa Literis BRANDENBURGERIANIS. 1706.

102,62

DISPUTATIO

CONCURSU ET

GRADUATIONE

DIPLOMATUM

FORO ELECTORIS SASSONICO

CONSTITUTUM

DIVINI NUMINI AUSTRIACO

DECRETUM

JACOBI JOHANNIS OLSHAUSII

WITTOBERGENSIS

SUB PRAESIDIO

EXCELLENTISSIMO

DR. WILHELMUS LYSERUS

J. G. D. & Antecessoris ibi

Provincialis, Scabinus

et

Licentia Doctorali

consequenda


in

BALTHASAR BENJAMIN GRAPPE

augustinus

et

1708



## PRÆLOQVIUM.

**D**E Concurſu & Graduatione Creditorum in foro Electorali Sax. concurrentium jam nunc periculum Diſſertationis Inauguralis facturum, ſuper vacaneum exiſtimo, laudes encomiumq; materiæ, more diſputantium, præmittere, utpote de qua, ſive quotidianam ejuſdem utilitatem, ſive intricatam ſubtilitatem, nec non per univerſum pene juſ diffuſam amplitudinem deſideraveris, idem certe jure merito aſſeverandum erit, quod nobiliſſimus ſctus Ulpianus in l. i. ff. de in integr. reſt. huic attribuit, illam ſcil. ſeipſam oſtendere. Cum enim jam vetus querela fuerit, lites de Jure prælationis ſive prioritatis creditorum hodierno ſeculo tam familiares in Curiis Germanorum eſſe, quam obſonium in prandio, uti loquitur Vent. de Valent. in Parth. litig. l. i. c. 13. n. 15. Ipſa experientia etiam atteſtetur, ut in aliis regnis provinciisq; ita & in Electoratu noſtro Sax. vix ullum aut pauca certe Judicia reperiri, quæ non Concurſibus creditorum, partim per injurias temporum, partim etiam prodigalitate debitorum, cauſatis, quaſi ſcateant, de prima certe qualitate quotidiani uſus, & exinde dependentis utilitatis nemo ſpero amplius dubitabit. Subtilitatem autem difficultatemq; materiæ ſi quis adhuc negare ſatagat,

gat,

gat, duos saltem testes omni exceptione majores  
producere sufficiat, Dn. Carpz. sc. b. m. p. i. dec. 54. n. 1.  
intrepide asserentem: Nullam difficiliorem in Judi-  
ciis ventilari; & Salgadum de Somoza p. i. c. i. n. 31. ju-  
rato quasi attestantem, hoc genus Judicii ingentes,  
utiles mirabilesq; difficultates continere, unde & i-  
pse librum huncce suum Labyrinthum Credito-  
rum intitulare operi plane conveniens duxit. Am-  
plitudinem deniq; hujus litigii vel ipsa prolixitas di-  
sputationis nostræ facile demonstrat, utpote quæ  
etiam me non advertente, licet simplici cursorioq;  
stylo pertractata, ultra consuetum tamen modum  
pene excrevit. Quocirca & ulteriori præfatione diu-  
tius haud immorabor, certo præprimis persuasus,  
neutiquam culpandum fore consilium meum,  
quod tam utilem quotidianamq; materiam præ a-  
liis disputandam elegerim. Nec de Methodo hic  
observata operose defendenda, cum ipsa series, ti-  
tuliq; capitum eandem justificent, vel verbum  
addere necesse invenio. Benevolus Lector solum-  
modo cuncta in meliorem partem interpretetur,  
& sicubi hallucinatum me deprehenderit, huma-  
num a nullo homine alienum esse, peto,  
consideret.

In



In Nomine JESU!

CAPUT I.

De

# CONCURSU CREDITORUM

IN FORO ELECTOR. SAXON. RITE FORMANDO,  
ET PERTRACTANDO.

THESIS I.

Concurfus Creditorum eft Univerfale (a) inter Cre-  
ditores (b) & eorum debitorem (c) communem,  
coram ejusdem (d) Judice competente (e) infi-  
tutum Judicium. (f)

**U**niverfale haud immerito definitur Concurfus noster, (a)  
judicium, non particulare, tum, quod univerfa debito-  
ris bona tam corporalia quam jura concernat, cujus-  
modi univerfitas bonorum etiam alias univerfale judi-  
cium defiderat, *tefte Struv. Syntagm. Jur. civil. Exer-  
citat. 10. thef. 41. it. Salg. in lab. cred. p. 1. cap. 3. num. 2.  
& feqq.* Tum etiam, quod omnes lites contra debitorem coram diverfis  
Judicibus five ante five poft formatum Concurfum jam motas & penden-  
tes, imo & alibi jam decifas & judicatas, ob continentiam & connexita-  
tem caufae ad fe trahat, *per l. 1. & 2. ff. de quib. reb. ad eund. jud. eatur, l. nulli  
10. C. de Judic. cum fimil. alleg. ab eod. Salg. d. p. 1. c. 4. in summ. n. 5. it. §. 2. n. 60.  
Mav. p. 5. d. 125. Brunnem. ad rubr. ff. de cef. bon. n. 4.* Unde & judex Con-  
curfus caufas ejusmodi particulares ubique advocare potest & debet: Al-  
ter etiam easdem remittere, alias per fuperiorem ad id compellendus, ob-  
stringitur, *fecundum tradita ejusd. Salg. d. p. 1. c. 5. n. 3. & feqq. Mavii p. 2.  
decif. 135. Fabr. in C. l. 3. t. 1. def. 1.*

A

Cre-

108

(b) Creditores specialiter & proprie tantum dicuntur, qui mutuo dederunt pecuniam, per *l. mutuum 2. §. mutui datio 1. ff. de reb. cred. l. qui negotia. 34. in pr. ff. mand. l. si ventri 24. §. in bonis 2. ff. de reb. aut. jud. poss.* late vero, quibus ex qualibet causa vel actione, personali vel reali, item sive Jure Civili sive honorario, nec non ordinario & summario, aliquid vel pure, vel in diem vel sub conditione, deberur, per *l. creditores, 10. §. 11. seqq. ff. de verb. sign. l. is cui 42. ff. de obl. & act. l. si cum, 16. §. 2. ff. qui & a quibus l. è re est. 1. ff. de reb. cred. Salgad. p. 1. c. 8. n. 35. & pass. Borcholt. de reb. cred. n. 33. Acosta de priv. cred. prelude. 1. n. 51.* Et tandem latissime vel abusive, qui rei vindicationem habent, per *l. si ventri. 24. §. 2. & seqq. ff. de reb. aut. jud. poss. l. pecun. 178. §. fin. ff. de V. S. nec non quibus ex delicto etiam aliquid debetur, per l. ut si cui. 12. ff. de V. S. ibiq. Rebuff. Gædd. & alii.* Hic ergo loci, cum universale Judicium exhibeatur omnibus in universum ejusdem debitoris creditoribus, omnes etiam, necesse est, ut indifferenter admittantur.

(c) Debitor e contra est, qui ex iisdem causis, ex quibus creditoribus actio datur, eisdem aliquid debet, non attento, utrum ex contractu, aut delicto vel quasi, obligatio descendat, per *l. sed utrum. 14. §. 11. seqq. ff. de hered. pet. cum simil.* Id quod, cum ex natura correlatorum satis appareat, non indiget ulteriori deductione. Nec refert de cætero, cujuscunq; conditionis, sexus, ætatis, status, aut alterius qualitatis sit debitor, per *ded. Salg. d. p. 1. c. 1. §. 2. n. 45.* item, an proprio sive fidejussorio nomine obligatus sit, *Mævius p. 1. decis. 76.*

(d) Ejusdem debitoris scil., tanquam rei, forum sequi creditores oportet, per *l. Juris ord. 2. l. in criminal. 2. C. de Jurisd. omn. jud. l. ult. C. ubi in rem act. c. cum sit generale. 8. X. de foro comp. can. experientia. 15. & seqq. caus. 11. qv. 11. cum simil., sive hi, sive ille ad judicium provocaverit, Salg. d. c. 2. §. 2. n. 19. & seqq. post alios ib. alleg.*

(e) Competens tamen judex ejusdem sit, necesse est, quia incompetens privati loco habetur, & eidem impune non paretur, gesta etiam ab eodem ipso Jure nulla sunt, per *l. 1. §. hæc aut. ff. quod quisque Juris, it. l. extra territor. final. ff. d. J. dicit. nec non 1. 1. ff. & C. de judiciis. & t. t. de foro comp. Vant. de null. ex def. Jurisdic. ord. n. 107.* Cum autem forum ex pluribus causis competens dicatur, puta 1. ratione domicilii, 2. contractus, atque delicti, 3. rei sitæ, 4. causæ seu qualificati litigii, 5. continentie ipsius, & 6. alienius Juris singularis, secundum *Carpz. in proc. tit. 3. ad rubr. de foro compet. & art. 6. seqq.* Actoris vel provocantis ad concurrensum erit electio, sicubi debitor plura sortiatur, coram quo judicium hocce tractare maluerit, *Felin. in c. licet. n. 90. vers. ultimus de foro compet. Franchis decis. 177. Salg. d. p. 1. c. 4. in summ. n. 2. & tunc etiam Judicis prævenientis conditio melior*

lior erit, per ded. ejusd. ib. §. 1. n. 42. Præcipua autem cum domiciliâ causa perhibeatur, (habitationis scilicet, si naturale, quod originis vocant, debitor mutaverit) *Carpz. ib. 4. 1. n. 1. & seqq.* Reliquæ etiam rationes competentia vel raro vel nunquam omnibus creditoribus conveniant, ideo modo dictum domicili forum huic Judiciis accommodatissimum videtur. Sed an miserabiles personæ beneficio l. un. C. quand. Imp. inter pup. statim ad principem provocare, & coram eo concursum movere possint? Asserit id quidem *Salg. d. c. 2. §. 2. n. 43.* Sed *Mævius p. 2. decis. no.* negat, cui etiam ad stipulandum putamus, præsertim cum alias vix ullus Concursus coram inferiori Judice locum habere possit, ex ratione ab ipso *Salg.* allata, quod quilibet debitor bonis cedens pro miserabili persona habeatur, arg. l. fin. C. qui bon. ced. poss. Id. ib. n. 38. In nostro tamen foro Elect. Sax. ut plurimum ab Aula Commissiones impetrari, & ad præscriptum laudabilissimæ Cancellariæ ejusmodi processus dirigi praxis quotidiana testatur.

(f) Judicium prætermittitur æquivocatione vocabuli, nobis est legitima causæ controversæ coram Judice competente suscepta tractatio, & adjudicatio. *Corvin. ad tit. ff. de jud. Struv. ad eund. tit. Exerc. 9. tb. 1.* Quæ descriptio cum & nostro Concursui conveniat, non immerito & definitum eidem accommodatur. per *vulg. reg. & Everhard. in top. loco. 3. a definito n. 2. & seqq.*

## THESIS II.

Idq; ut ritè tractetur, ante omnia præcedat vel ipsius debitoris (a) suos creditores (b) convocantis, simulq; bonis cedentis (c), vel creditorum (d) sponte concurrentium, pro formando concursu, instantia & petitio. (e)

(a) Debitor sc. obærat in foro Elect. Sax. non secus ac alibi concursum movere potest, sive publica sive privata persona, major vel minor, it. ecclesia, civitas, populus, collegium, universitas, & in genere quicumque is fuerit, minor etiam cum sequentibus, sine decreto & aliis solennitatibus, per late ded. *Salg. d. c. 1. §. 2. per tot.* & quidem sive jam a creditoribus urgeatur, sive inquietari saltem timeat, arg. l. si pater. 3. C. qui bon. ced. poss. cum simil. id. ib. c. 2. in summ. n. 8. & seqq. post *Casar. Contard. in l. diffamari. n. 117.* dummodo æt alienum existat, utpot. sine quo non modo non

admittendus, sed & per subreptionem forsitan jam formatus concursus, iterum cassandus erit, arg. l. Fulcinius 7. §. si quis 3. ff. quibus ex caus. in poss. *Marius p. 4. dec. 226. ad stipulante Brunnem. ad d. l. 8. ff. de cess. bon. num. 4.*

(b) Creditores, quos convocari desiderat, non modo nominare debitor, sed & singulorum credita indicare judici necesse habet, quo facta computatione cum valore bonorum, an solvendo adhuc sit, nec ne, aliquantulum dignosci, & praesumptio simulati Concursus excludi possit. *Salg. d. p. i. c. 1. n. 21. post ibid. allegatos.*

(c) Cedere potest haec praevio inventario vel Jurata Specificatione omnibus bonis suis simul tenetur, prout praedicti *Salg. & Marius it. Brunnem. alleg. locis* illud etiam requirunt. Id quod licet non ubique nec in omnibus Concursibus frequentetur: Eius tamen omissionem non a prohibitione quadam legis, utpote de qua ubique silentium, sed potius a negligentia creditorum dependet, sine quorum nim. imploratione nec Judex desuper officium suum impertiri potest. *l. dies cautioni. 4. §. hoc. 8. ff. d. damno inf.* Alias urgentibus iisdem, debitori utrumque imponi posse & debere extra dubium est, prout etiam, quantum ad specificationem bonorum attinet, praedicta Concursuum, Plöz-Thalvizensis, & Senatus Grimmensis extant, ubi debitoribus in Sententiis Designatoriis anno 1665. publicatis, ante omnia editio juratae specificationis, omnia bona redditusque ipsorum comprehendens, adjudicata fuit: Circa cessionem vero, quando eam simul fieri contingit, notandum adhuc est, eam debitori quidem administrationem bonorum omnino adimere, per *l. item. 17. pr. ff. de recept. Vinc. de Franchis dec. 55. & post alios Salg. p. i. c. 14. n. 1. & seqq.* non tamen tollere jus retentionis uxorum & liberorum, per *ded. Marii p. 3. decis. 255. n. 1. & seqq.*

(d) Creditores, quin pariter in nostro Elect. Sax. foro concursum movere possint, imo & saepius forment, quam debitor ipsi, utpote qui hodie plerumque latibula quaerunt, & dimissionem bonorum procrastinari student, nemo in foro versantium negabit, prout id etiam innuit *Die Churfl. Proc. Orden. cit. 41. in pr.* Quo circa etiam opinio *Salgadi* iudicis nostris non probatur, dum *d. p. i. c. 4. §. 1.* putat, concursum ejusmodi a creditoribus motum carere effectibus, & privilegiis concursus universalis, ab ipso debitore causati. Apud nos enim nulla differentia attenditur, sive debitor sive creditores ad hoc iudicium provocent.

(e) Instantia saltem alternerius desideratur, ut processus decerni queat, quia regulariter Judex ad utilitatem privatam non debet alicui officium suum impertiri, nisi prius imploratum sit, per *c. bonae memoriae. de postul. praelat.*



lat. & d. l. 4. §. 8. ff. damn. inf. cum sim. Gail. l. 1. obs. 50. n. 4. & seqq. it. obs. 55. n. 6. Carpz. in proc. tit. 7. a. 1. n. 28.

### THESIS III.

Postea Citatio (a) tam Creditorum (b) ad liquidanda (c) credita, ut & deducendam prioritatem, (d) quam debitoris ad respondendum, ut & recognoscenda (e) vel diffitenda instrumenta, legitime (f) emittenda, & cuilibet insinuanda est, (g)

(a) Citatio cum sit basis & fundamentum omnis iudicii, §. ult. 7. de pœnem. litig. Marant. in spec. p. 6. n. 1. & ad essentiam processus iudiciarii pertineat, Thurst. Sächs. Process. Ordtn. tit. 4. in pr. Gail. l. 1. obs. 48. num. 2. eamq; nec principes ex plenitudine potestatis regulariter præterire queat, Struv. de Exerc. 5. tb. 10. post. Bachov. disp. 4. tb. 8. Palam est nec in concursu nostro eam unquam omitti posse; prout illam etiam expresse requirit; Seren. Elect. Sax. in Resol. Grav. de anno 1661. tit. Justitien. Sachen §. 10. vers. als setzen.

(b) Creditorum causa, quoniam concursus potissimum instituitur, quo secundum cujuslibet Jura prioritatis deducta bona debitoris inter illos distribui possint; Ejusmodi præjudicialis actus autem sine illorum præsentia expediri nequeat, arg. l. si cum fratre. 3. C. inter alios acta. l. coheredibus 17. C. fam. ercisc. cum simit. Salg. d. c. 1. n. 28. Ideo illos etiam ante omnia citari necesse est, prout inculcat quoq; modo alleg. Resol. Gravam. d. §. 10. Sed an omnes indifferenter? Utique quia est iudicium universale omnium creditorum, per supra th. 1. l. 6. & c. ded. adeoque citandus etiam clericus creditor, Salg. p. 1. c. 6. n. 8. Afflict. dec. 280. n. 7. ut & Scholaris, non obstante privilegio aut h. habita. C. Ne filius pro patre. Id. Salg. ib. c. 7. n. 41. & seqq. nec non in nostro foro fiscus, licet eum excludat, concursumque potius ad istum trahi asserat, Id. ib. 16. n. 14. Quæ, cum tota die in praxi obveniant, de cæteris creditoribus etiam, qui in concursu graduari desiderant, minus dubium sit, ulterius prosequi haud necesse erit.

(c) Liquidum debitum vocatur, quod est certum, de quo scilicet apparet, quid quale quantumve sit, arg. l. certum. 6. ubi Br. ff. si cert. pet. l. ubi ant. 5. ff. de V. O. cujusque causa debendi simul demonstratur, utpote sine qua nulla obligatio efficax est, licet instrumentum desuper confectum sit, per l. cum de indeb. 25. §. ult. ff. de prob. l. 13. C. de non num.

*sec. l. ult. ibi. si causa liquida sit. C. de comp. Carpz. p. 1. const. 17. d. 39. num. 2.*  
Cum ergo Creditor ad liquidandum citatur, id quod itidem modo dicta  
Sanctio Elect. Sax. alleg. vers. als sehen. exigat, facile dijudicare licet, ipsi  
incumbere non tantum debitum in folle & sacco, ut ajunt, urgere, sed spe-  
cifice & liquido dicere simulq; legitime probare, quid quantum & quale,  
nec non ex qua causa ipsi debeatur. *per Jura sup. ded. vid. etiam Richter. de  
priv. cred. c. 1. de pralim. n. 5. Carpz. p. 1. const. 28. def. 1.*

(d) Prioritas est jus, quo alter alteri in solutione præfertur, quod alias et-  
iam privilegium exigendi in *l. si ventri 24. §. 1. privilegium absolute. l. qui  
in navem 26. l. privilegia 32. l. quod quis. 34. ff. de reb. aut. jud. poss.*  
item præventio *l. si quis 28. ff. de Jure fisci.* & alibi aliter appellatur.  
De quo infra cap. 2. & seqq. singulatim agetur. Quodam igitur uni  
vel alteri creditori competat, simul deducere necesse habet, si congruo lo-  
co graduari desiderat, *Carpz. d. c. 28. def. 2.*

(e) Cum omni citationi causa inferenda sit, ob quam citatus ad iudicium,  
vocatur, *Ord. Proc. El. Sax. tit. 4. in pr.* in concursu vero causa citandi debi-  
toris potissima sit, ut ejusdem confessio vel pura, vel implicita, mediante  
scil. recognitione, eliciatur, necesse quoque est, ut in specie ad id citetur,  
prout etiam sancitum in *Resol. Grav. de anno 1661 tit. Justitien Sach. n. 9,  
2. vid. Carpz. tit. 7. a. 2. n. 20.* Notandum tamen, quod recognitio etiam per  
procuracionem speciale mandatum habentem fieri possit, *Id. Carpz. tit. 5. a.  
2. n. 29.* jurata diffessio vero ab ipso principali exigatur, *Ord. Proc. Jud. tit.  
25. §. weil es auch vers. oder in Person. Id. Carpz. tit. 14. a. 3. n. 38.* Un-  
de & hæc differentia incitationibus concipiendis communiter attendi  
solet.

(f) Vulgare est, quod legitima citatio continere debeat, non modo no-  
men judicis citantis, item actoris, & rei ut & causam, nec non locum &  
diem, *per ll. §. Aut. alleg. a Struv. Synt. Jur. civ. Ex. 5. tb. 11.* Sed insuper etiam  
terminum legalem, eine vollkommene *Sächs. Justiz/ Ord. Proc. Jud. d. tit.  
4. in verb. auch Darneben.* a die insinuationis numerandum, *Carpz. tit. 7. a.  
1. n. 19 §. a. 2. n. 50.* Cum ergo quoad concursum ea nullibi correctæ sint, ju-  
re merito & inibi observantur.

(g) Insinuatio tandem non minimum etiam requisitum est legitimæ ci-  
tationis *Carpzov. Ad. t. 7. a. 1. n. 45.* per nuncium scilicet juratum expe-  
dienda, secundum *Ord. Proc. d. tit. 4. vers. sondern §. tit. 10. §. im Fall  
vers. ledoch.* & quidem ad domicilium citati, *Resolut. Grav. Provinc. d. t.  
Justitien Sach. §. 10. vers. als sehen. it. l. dies 4. §. 5. de damn. infecto cu-  
jus actus relatio postea ad acta registranda, per modo alleg. Jura, & Carpz.  
ib. n. 74.*

THESIS

THESIS IV.

Et quidem ab una parte debitor, (a) sive præsens sive fugitivus sit, aut alias latitet, (b) modo nondum bonis cesserit, (c) ipse (d) postea vero, ut & quando absens (e) aut hereditas jacens est, Curator absenti vel bonis dandus: (f) Ab altero vero latere Creditores nominati (g) & noti nominatim, utriq; prima vice simpliciter, [h] si vero contumaciter emanferint, debitor sub recogniti (i) vel liquidi & confessi, creditores vero sub præclusionis (k) poena: Ignoti autem edictaliter (l) sub parili comminatione citandi sunt.

(a) Debitor, quicumque is scilicet fuerit, secundum supra th. 1. l. d. & th. 2. l. a. deducta. Nec non ejus hæres vel successor, qui defuncti personam repræsentat, per l. 1. 2. & 4. C. de hered. action. l. invitus. §. cum quis. & l. qui in 19. 177. ff. de R. I. Salg. p. 2. c. 1. n. 1. Mæv. p. 3. decis. 136. dummodo a creditoribus probetur, eum successionem adivisse, Mod. Pist. p. 1. qv. 34 n. 2. ibique Schulz. n. 9. Carpz. p. 3. const. 14. def. 20. Id quod inter alia ex cessione bonorum præsumitur, utpote quæ aditionem præsupponit, teste Mævio. p. 4. decis. 227. si scilicet ut suum cedit, nec potius hereditatem saltem repudiat, Brunnem. ad Rubr. ff. de cess. bon. n. 6. arg. l. 4. §. 1. ff. de bon. aut. jud. poss.

(b) De præsentate nullum dubium est, quod nominatim citari debeat, latitans vero vel fugitivus per edictum publicum evocatur, per clem. 1. de jud. Nov. 134. c. 5. Gail. l. 1. obs. 56. & 57. Carpz. p. 1. const. 2. def. 29. & C. 28. def. 7.

(c) De Cessione jam supra th. 2. l. c. actum, hic vero saltem adjiciendum, quod ea peracta debitor alterius citari nequeat, sive lis jam cum eo coepta, sive adhuc res integra sit. Id. Mæv. p. 4. dec. 145. modo in eadem perseverat, nec illam revocet, id quod ipse integrum est, si paratus sit universa debita exsolvere, Brunnem. ad l. 3. & 5. ff. de cess. bon.

(d) Ipse

(d) Ipse debitor alias citandus nominatim, non major tantum, sed etiam pupillus, infantiam tamen egressus, *Grav. l. 1. concl. 49. n. 10.* observantia vero introduxit, ut ejus tutor vel curator simul vocetur, ipsiq; citatio præprimis insinuetur, Prout etiam de Curia Lipsiensi testatur *Carpz. tit. 7. a. 2. n. 18.*

(e) Absenti debitori, cui & furiosus, prodigusq; associandus, nec non jacenti hereditati Curator datur, de quorum priori, absentis scil. vid. *Carpz. p. 3. const. 15. def. 48. & seqq.* de sequentibus, & quod ipsis etiam invitis constituantur, *Struv. ad ff. Ex. 31. tb. 91.* De Posteriori vero *Salgado. p. 1. c. 2. §. un. n. 2. it. c. 32. n. 30. & seqq.* Differentiam horum Curatorum exhibet. *Id. Carpz. p. 14. def. 8. n. 8.* quod scilicet ultimus personam defuncti repræsentet, priores non item, per *l. creditor. 14. ff. de reb. aut. jud. poss. l. heres. 22. ff. de l. suc. cum simil.*

(f) Constituuntur, & præsertim curator bonorum, vel ad petitionem & cum consensu creditorum, sive majoris eorundem partis, per *l. de Curatore. 2. ff. de cur. bon. dand.* ex qualitate debiti æstimandæ, arg. *l. majorem. 8. ff. de pact. Mau. p. 4. decis. 257.* vel etiam nemine petente ex officio judicis, *l. 1. §. 1. ff. de cur. bon. dand. l. curator. 5. ff. de cur. fur. Brunnem. ad l. 2. ff. de cur. bon. dand. n. 1. Salg. p. 1. c. 13. c. 3. & seqq. it. 20.* & quidem tam extraneus, quam ipsorum creditorum quidam, per *l. debitor. 13. ff. de neg. gest. & d. l. 2. ff. de cur. bon. dand. Gail. l. 2. obs. 130. n. 11. Salg. d. c. 13. n. 18.* nemo tamen invitus, nisi in magna idoneorum penuria, *d. l. 2. §. queritur. 3. eod.* ubi cogendum putat, nisi justam excusationem habeat, *Wissenb. ad eund. tit. Disp. 22. tb. 12. ex Papon. l. 18. tit. 6. Arrest. 45.* Et tunc si ejusmodi Curator universaliter constitutus fuerit, utiq; & ipse citandus erit. *Mau. p. 3. decis. 120.* si vero alius ad bona administranda, uti apud nos non raro fieri consuevit, qui sequester vel Inspector dicitur, & alius ad lites confirmatur, qui advocati munus sustinet, quam differentiam etiam agnoscit, *Brunn. ad d. l. 2. ff. de cur. bon. dand. n. 4. & seqq.* Citatio etiam ad hunc dirigi, eiq; insinuari solet.

(g) Creditores nominati, a debitore scilicet, de quo supra th. 2. l. b. vel alias noti, ex actis puta coram eodem judicio jam ventilatis, vel ad illud advocatis, itidem nominatim citari debent, *Faber. in Cod. l. 7. tit. 32. def. 14. n. 5. Salg. p. 1. c. 1. n. 34. & seqq.* nec sufficit eo casu proclama, *Gnatian. disc. for. rom. 1. c. 15. 7. n. 28. & pass. Guzman. de evict. qu. 34. n. 48.*

(h) Simpliciter primitus tam debitor quam creditores resp. ad liquidandum & recognoscendum convocantur, de quo jam supra th. 3. actum.

(i) Pœna recogniti ex fundamento Ord. Proc. Elect. c. 25. §. weil es auch imponenda, olim quidem non nisi prævia interlocutoria, teste *Carpz. tit. 8. 45. n. 35. & decis. 228. n. 7.* hodie vero in nostro Elect. Sax, foro statim ex officio

officio judicis, contumaciam animadvertentis, *per Resol. Grav. Provinc. tit. Justitien Sachen/ §. 2. vers. im Soll er.* citationibus inseritur.

(k) De Præclusionis etiam pœna parile iudicium esto, quam econtra creditoribus contumacibus comminandam itidem sancit *d. Resol. Grav. §. 10. §. als sehen/ vers. im Soll sie aussenbleiben/ das andere mahl sub pœna præclusi, & antea etiam juris ac in usu fori fuisse, testantur id Carpz. p. 1. c. 28. def. 3. it. Mey. p. 4. decis. 86. n. 7.*

(l) Ignoti tandem creditores, quorum interventionibus aliquando concursum turbari posse metus est, recte per proclama publicum publice affigendum convocantur, utpote ad quos etiam solos hæc citationis species regulariter pertinet, *testibus supra cit. Fabr. in Cod. d. lib. 7. tit. 32. d. 14. n. 6. & Salg. p. 1. c. 1. n. 31. & seqq.* Et hocce noviter eo extendit *d. Resol. Grav. Elect.*, ut statim ab initio edictalis ejusmodi citatio spacium tamen trium terminorum Saxoniorum continens ad creditores, sicubi plures, concursus forsitan ignari existant, sub pœna præclusi concepta, emittatur, & in tribus civitatibus si concursus bona feudalia concernat, si vero allodialia & rustica, tribus saltem locis diversæ jurisdictionis affigatur, *ib. d. §. 10. vers. als sehen.*

#### THESIS V.

Et si tunc quoque alteruter in contumacia [a] perseveret, debitoris respectu documenta regulariter pro recognitis [b] vel debitum pro liquido pronuntiatur, creditor vero a concursu præcluditur [c]: Comparentibus autem, & hocce debitum probante [d] prioritatemque deducente, illo vero documenta recognoscente [e] & exceptiones [f] suas opponente, tandem de super sententia [g] designationis fertur.

(a) Sive, vel omnino non compareat, & taceat, vel etiam creditor præsertim concursui protestando contradicat, & se reliquis conjungere nolit, utroque enim casu in contumaciam sententia fertur, & creditor postea non admittendus præcluditur, *Mey. p. 2. c. 287.*

B

Pro

(b) Pro recognitis tunc habenda documenta, dummodo in originalibus producta fuerint, non modo supra laudati auctores *Carpz. lit. 8. n. 33. Richter. de priv. cred. in pralim. n. 52. vers. si autem* & alii passim urgenti-  
numeraq; pene præjudicia ubivis obvia observantiam probant, sed & præ-  
dicta *sanctio Elect. Resol. Grav. id denuo expresse jubet, d. §. 2. in vers.* und  
do er abermahlt aussen bleibt. Brief und Siegel ohne Einholung rechth.  
Erkännnis pro recognito halten. etc.

(c) Præcluditur contumax creditor realiter, ad præscriptum ejusd. San-  
ctionis *Elect. Sax. §. 10. vers. als setzen.* ex fundamento simul jurium com-  
munium, deducente *Salg. in lab. p. 1. c. 8. n. 5. & seqq. per text. l. si eo tempore.*  
*8. C. de remiss. deb. cum simil. & alleg. auct.*, imo pro præcluso jam habetur,  
termino peremptorio saltem effluxo, licet sententia desuper nondum lata  
fuerit, *per ded. Mevii p. 1. decis. 134. n. 7.* nec amplius admittitur, *secundum*  
*Blarer. ad L. diffam. c. 2. n. 23.* nisi forsitan restitutione in integrum impe-  
trata, *Id. Mevius p. 3. decis. 48* aut creditor piguus possidens exceptione tan-  
tummodo se defendere constituit, utpote cui præclusionem haud præjudi-  
care putat *Id. auctor. d. p. 3. decis. 252.* De cætero etiam notandum, hanc  
exclusionem tantum a Concursus judicio fieri, personalem vero actionem  
contra debitorem, postea forsitan ad meliorem fortunam venientem, si-  
mul haud extinguui, *per l. postquam. 3. ff. de pact. cum simil. Salg. p. 1. c. 8. n. 16.*  
& seqq.

(d) Probationem debiti non modo per exhibitionem obligationis, aut  
alterius privatæ scripturæ fide dignæ, *Richter. d. tr. c. 1. n. 6. & seqq.* item  
consensus judicialis, utpote ex quo etiam solo non producta licet obliga-  
tione executive agere licet, *teste Carpz. p. 2. decis. 125.* nec non per testes qui-  
bus etiam non debitum modo, sed & hypotheca probatur, *p. l. in re. 4. ff. de*  
*fide instr.*, pariter & per juramenta, aliosque modos, quibus judici fides fa-  
cti fieri solet, hicce intellectam volumus, sed etiam circumstantias, si ca-  
sus nonnullas probari exigat, simul includimus, puta, in credito civita-  
tis, vel ecclesiæ, nec non pupilli, ut & versio in rem ac utilitatem illorum  
doceatur, *per l. civitas. 27. ff. de reb. cred. Auct. Hoc jus inf. C. de S. S. Eccles.*  
*l. 1. & 2. C. Si adversus cred. Nov. Decis. Elect. Sax. 16. Carpz. p. 2. const. 6. d.*  
*19. Id. p. 1. c. 32. d. 14. n. 8. & p. 2. c. 11. d. 14. it. l. 5. resp. 58. Hartm. Pist. l. 1.*  
*q. 38. n. 32. Brunnem. ad d. l. civitas. 27. n. 11.* item, ut patris consensus ad fi-  
lii minoris in potestate constituti debitum demonstraretur, *per litem. 7. §. 15.*  
& passim, *ff. de S. C. Maced. Carpz. p. 2. const. 10. def. 16. it. decis. 256. Wissenb.*  
*ad eund. tit. Disp. 28. tb. 27. ubi aliquas except. annectit.* Similiter in dote,  
ut realis illatio aliter quam mariti confessione verificetur, *per l. 1. & l. 1. C.*  
de

*de dot. caut. non num. l. assiduis. 12. in med. vers. si tamen re ipsa C. qui pot. in pign. Carpz. d. c. 28. def. 72. & alias pro renata occurrentes.*

(e) Recognoscere in nostro foro debitor obstringitur non modo privata, sive saltem subscripta, sive tantummodo sigillata, aut manu simul & sigillo munita teste *Carpz. tit. 14. a. 2. n. 24. 30. & utrobique seqq.* sed & publica vel judicialia documenta, *aut bore eod. ib. n. 17. it. Heig. p. 2. q. 7. n. 33. Berl. p. 1. concl. 14. 31.* etiam si in lingua peregrina confecta fuerint, versione tamen prius in vernaculam adhibita; *Carpz. p. 3. decis. 234.* Nec excusatur licet literarum ignarus sit, *per ded. Eiusdem ib. decis. 233.*

(f) Exceptiones debitori competentes, utpote quæ teste Zangeri Tract. de Except. integrum volumen desiderant, jam nunc sigillatim pertractare instituto arcemus. Sufficiet dixisse, omnes in jure fundatas & hic admitti, dummodo & legaliter oppositæ, & in continenti probatæ fuerint. *de quo vid. d. Resol. Grav. §. 3. it. Nov. Decis. Elect. 2.* Illud tamen ad Concursum nostrum maxime pertinens notabile non omittendum, quod si debitor vel ex negligentia vel collusionem cum alterutro creditorum exceptiones, vel omiserit, vel neglexerit, Concreditores nihilominus illas invicem opponere possint, *per l. pen. C. de non num. pec.* etiam invito & reluctante vel contradicente debitore, *per late deducta Salg. in lab. p. 1. c. 40. n. 10. & seqq. it. Acosta de priv. cred. in prefat. n. 94. & seqq. it. reg. 1. vid. & Carpz. p. 1. c. 28. def. 74.*

(g) Sententiæ vocabulo, in latiori scilicet significatione etiam Decretum ipsius Judicis, vulgo den Designation Abschied/ intellectum volumus non ignari, alias sententiam stricte sumtam tantummodo Responso collegii juridici convenire, quod ad differentiam prioris ein Designation Urthel nuncupandum, *per. ded. Carpz. in pr. tit. 16. a. 1. n. 1. & seqq.* Sive ergo iudex ipse designationem hancce concipiat, sive acta ad dicasterium quoddam remittat, perinde est, cum utroque casu auctoritatem suam nihilominus a iudice publicante accipiat, *per ded. ejusd. ib. n. 43.* Unicum vero circa ejus conceptionem adjiciendum, eandem scilicet non modo secundum jura a partibus deducta ferendam, sed etiam respectu mobilium, licet alibi existentium, in judicando attendi debere statuta domicilii debitoris, *teste eod. d. const. 28. def. 9.*

## THESIS VI.

In eaq; omnes ac singuli creditores sub Quinque (a) classibus, quilibet ordine suo (b) collocantur &

B 2

asfi-

assignantur, pure quidem, qui debita (c) pura (d)  
sub conditione autem, qui conditionata [e] pro-  
baverint. (f)

(a) Ad tres classes omnes creditores redigi posse autumat *Köppen. decis. 28.* prout etiam triplicia tantum privilegia statuit, realia scil. personalia & mixta. *Meier de pign. & hypoth.* Multiplices econtra ordines faciunt *Ciroc. de excuss. bon. p. 2. q. 65. Neguz. de pign. p. 5. membr. 2. & seqq. Beutber. de jure prelat. Dyn. in c. qui prior. st. de R. l. in 6. aliq.* Heint. ab Anten vero in *Disp. Inaug. Basiliens. 4. th. 5.* nec non *Acosta in eleganti tractatu de priv. cred. in prelud. 2. n. 61 & seqq.* itidem quinque classes quidem ponunt, nihilominus tamen creditores ubique longe aliter collocant, quam in nostris judiciis obtinet. Nos autem, quibus propositum est tantummodo Concursum creditorum in foro Sax. Electorali concurrentium exhibere, non immerito simpliciter inhærebimus *Ord. Proc. Jud. Sereniss. Sax. Electoris, & prædictas quinque classes ad præscriptum ejusdem tit. 41. §. es seynd aber & seqq.* pertractabimus. Licentia tamen nobis reservata, concordantiam II., quousque facultas erit, ex Jure communi simul arcescere, & autoritatibus etiam *Dd. theses nostras stabilire, ad sequelam Dn. Carpz. Molleri aliorumq.* hanc materiam parili methodo tractantium, *ad c. 18. p. 1.*

(b) De ordine cujusvis creditoris, cum in sequentibus capitibus fusius agetur, lect. benev. brevitatis studio illuc remittimus.

(c) Notandum hic saltem debitum thalerorum ducatorum vel alterius monetæ in specie creditæ, in eadem specie reddendum & assignandum esse, *per l. debitorem 99 ff. de solut. ibiq.* *Brunnem. n. 1.* modo creditori alias exinde damnum exurgat, eaque species etiam adhuc reperiatur, *id. ad l. cum quid 3. ff. de reb. cred. Struv. ad eund. tit. Ex. 16. th. 34. & 35. Salg. p. 2. c. 8. n. 33.* Econtra etiam depravata moneta ante omnia secundum valorem intrinsecum tempore contractus usitatum reducenda *per d. Const. El. Sax. 28. p. 2. ibiq.* *Carpz. def. 3. 4. & 5. post supra alleg. aurb.*

(d) Puris debitis etiam purificata per diei vel conditionis existentiam, accensentur, *per l. si pupillus. 26. ff. de cond. inst.* utpote quæ retrorahitur ad tempus contractus *l. potior. 11. §. 1. l. creditor. 12. §. si primus. 2. ff. qui pot. in pign. Wissenb. ad tit. ff. de V. O. Disp. 26. th. 6.* Sed quid statuendum de debito, cujus resignatio reservata, die Aufkündigung ein halb Jahr zuvor zu thun? Itidem pro puro habendam, modo tempus solutioni forte præfinitum elapsum fuerit, *Mev. p. 3. decis. 144.*

(e) Sub



(e) Sub conditione vel in diem contracta debita nihilominus suo ordine collocanda, exinde confectarium est, quod ejusmodi creditores supra th. 1. l. c. ad concursum simul admiserimus, ipsisque etiam eo casu, quo debitor facultatibus labitur, ante diei vel conditionis adventum exactio competat. *per ded. Mæv. p. 1. decis. 73. n. 3. Salg. p. 1. c. 8. n. 27. & seqq. Brunnem. ad l. quesitum. 14. ff. de pign. it. ad l. non quemadmod. 35. ff. de jud. n. 5. & 6. ubi plures auth. allegat.* Solutio tamen, usque ad purificationem debiti differenda. *Afflict. decis. 279. assignatis interim bonis, sub cautione de restituendo, posterioribus creditoribus per l. illud quoque. 7. ff. de trib. act. Salg. p. 1. c. 8. n. 53.*

(f) Quæritur hic incidenter, quis conditionem in casu dubio probare debeat, si creditor purum petat, debitor vero conditionatum saltem confiteatur? *Resp.* Creditor, quia reus de conditione excipiens actoris intentionem in effectu negat, & onus probandi puram obligationem ipsi imponit. *Dn. D. Ziegler ad § postremo. 20. Inst. Jur. Can. de except. post Franzk. l. 2. resol. 18. & 20.*

#### THESIS VII.

Semper tamen prius, tam credita feudalia (a) ab allodialibus, quam paterna (b) a liberorum, societatis (c) item a locii debitis, ut & bona (d) successoris a defuncti hereditate, ad instantiam Creditorum hereditariorum (e) nec non militis (f) castrensia a paganis separantur, & quodlibet creditum, ad ea bona, ex quibus solvendum, assignatur, (g) nec non beneficium competentiae (h), si cui debitori petat, de bonis ejusdem deducitur. (i)

(a) Feudalia debita quænam sint, infra cap. 4. th. 2. dicetur; per allodialia econtra intelligimus, quæ allodium tantum afficiunt, qualia cuncta præsumuntur, donec feudalis qualitas probetur, *per ded. Hartm. Pist. p. 2. q. 39. n. 2. Menoch. l. 3. præf. 91. n. 2. Gail. l. 2. obs. 69. n. 4. Carpz p. 1. c. 27. def. 7. n. 1.* Cum ergo regulariter ista tantummodo ex feudo, a feudi scil. successore, & hæc ex allodialibus bonis solvenda veniant, *Richter. d. tr. c. 1.*

*de separ. n. 140.* illud etiam in Designatoriis sententiis communiter adjici solet.

(b) A patre a huc contracta debita etiam chirographaria saltem, filii creditoribus hypothecam licet anteriorem habentibus præferri, ex *l. sciendum. i. §. 3. ff. de separ.* palam est, non obstante reg. qui prior &c. utpote, quæ saltem in eodem debitore procedit, *Sande l. 3. tit. 12. d. 17.* unde illis etiam vidua filii postponitur, *Mevius p. 4. decis. 178.* Proinde & hi diversorum debitorum creditores ad confusionem evitandam merito separandi, per *l. si pater. 3. C. qui bon. ced. poss. Salg. c. 8. n. 39.* Locum tamen illud saltem habet in allodialibus, non vero in feudis, ubi hypotheca sive a defuncto sive successore, consensu modo Domini constituta, non attentata separatione, suo ordine collocatur, per *ded. Carpz. p. 1. decis. 73. it. Brunnem. ad l. sciendum. i. n. 3. ff. de separ.*

(c) Eadem separatio obtinet etiam circa debita societatis, quæ in ejusdem bonis communibus loci creditoribus privatis qualitercunque privilegiatis pariter præferantur, per *ded. Beutber. de jure pralat. l. 1. c. 64. Carpz. p. 1. decis. 54.* Nec diversum statuendum erit in pluribus negotiationibus, ubi quilibet creditorum ex illa præprimis dimittendus est, in quam pecuniam suam credidit, *Scacc. de Camb. §. 6. gl. 1. n. 93. Stracha de decoct. p. ult. n. 26. Salg. p. 2. c. 12. n. 73. Mev. ad Ins. Lub. l. 3. tit. 1. a. 10. n. 56. Brunnem. ad l. 5. §. 15. ff. de trib. act. n. 2. Struv. Ex. 20. tb. 47.* Quapropter & illa debita ab invicem separanda erunt.

(d) De bonis ipsis successorum a defuncti hereditate separandis res clara est ex *l. 1. §. 1. ff. C. de separat. ibiq. Dd.* cujus separationis definitionem explicat *Richter. de jure cred. c. 1. de jure sep. n. 3.* Locum vero illa saltem habet intra quinquennium, post aditionem numerandum, per *d. l. sciendum. i. §. quod dicitur. 13. ff. de sep. Salg. p. 1. c. 9. n. 45.* & bonis nondum inseparabiliter commixtis, *Mev. p. 1. d. 40. Brunnem. ad d. l. 1. n. 19. Richter. d. l. n. 157. & seqq.*

(e) Hereditarii vero saltem, sive defuncti creditores, eam petere valent, per *d. l. 1. §. solet. 1. ibiq. Wissenb. disput. 22. tb. 10. Brunnem. num. 1.* & quidem chirographarii; cum hypothecariis satis cautum sit actione hypothecaria. *Wissenb. ibid. tb. 11. Sande. l. 3. tit. 12. def. 17.* dummodo illi fidem heredis nondum secuti fuerint, cautione aut usuris ab eo acceptis, animo scilicet novandi, *d. l. 1. §. 10. & 15. Brunnem. ibid. num. 16. it. Wissenb. d. tb. 11. Richt. n. 124.* utpote quod illis, qui scilicet novarunt, omnino præjudicaret, *d. l. 1. §. 16. Richter. num. 130.* Obtena autem separatio alias etiam iis hereditariis creditoribus, ut litis consortibus, proficit, qui eam non petierunt, secundum *Brunnem. ad d. l. 1. §. 16. n. 27.*

(f) Mi-

(f) Militis bona castrensia a paganis itidem separanda esse, patet etiam ex d. l. 1. §. si filius. ff. de sep. ibiq; Brunnem. n. 15. Donell. l. 23. c. 16. l. a. Salg. p. 2. c. 12. n. 48.

(g) Assignatio tandem hæc in eadem sententia specialiter fieri consuevit, ut sci licet illi de istis, hi vero de aliis bonis, quilibet tamen de sibi obligatis dimittatur, vel creditum recipiat.

(h) Competentiæ beneficium debitoribus nonnullis concessum, ne scilicet in solidum exigantur, sed ipsis necessaria alimenta relinquuntur, per l. sunt qui. 16. ff. de re Jud. l. in condemnatione 173. ff. d. R. I. ibi Dd. Manz. in patr. paup. deb. dec. 3. qv. 1. n. 7. illis competit, vel in genere, respectu omnium, vel in specie saltem aliquorum creditorum intuitu. In priori classe ponendos putamus illos, quibus id ob bene merita de republica concessum est, Dn. D. Nicolai in proc. Addit. ult. ad rit. de execut. pag. 478. ut sunt Milites, tam armorum militiæ, acta tamen militantes l. miles 6. l. item miles. 18. ff. de re Jud. ibique Brunnem. n. 1. Quo referuntur etiam Comites & Barones, Salg. p. 1. c. 24. 33. Nobilesq; Carpz. p. 1. c. 32. d. 15. vid. præjudicia in contradictorio obtenta allegata a D. Nicol. in d. proc. ead. pag. Quam etiam sagatæ militiæ, ut sunt Doctores tam Theologiæ, quam Juris & Medicinæ, Magistri item & Professores Academicarum, nec non advocati Scholares & Clerici, Meier. in Coll. Argentor. ad tit. ff. de re jud. th. 31. Faber in Cod. l. 7. t. 20. d. 41. Walther. de jur. & priv. Dd. c. 16. §. 113. Carpz. d. 6. 32. def. 18. it. p. 3. decis. 260. n. 19. & in asylo deb. pos. 76. & seqq. Quibus utrisque insuper etiam associantur magistratus civitatum, prout non modo deducit, Salg. d. p. 1. c. 24. n. 30. it. Carpz. p. 3. decis. 288. Sed etiam in concursibus Grimmensi anno 1664. ut & Oschaziensi non ita pridem decisum, illisque pro status sui, nec non Ecclesiarum scholarumque conservatione certa summa, tandemq; simul etiam expensas concursus in App. Inst. adjudicatas meminimus. Ad alterius vero classem debitores referendi sunt, quibus creditores propter sanguinis conjunctionem ut parentes, liberi & fratres, per d. l. 16. & seqq. ff. de re jud. vel matrimonii honorem, ut uxor & maritus; per l. 17. & 20. locer, gener, & nurus. l. 21. ff. eod. vel bene merita debitoris ut patronus, patrona, eorumque liberi, d. l. 17. d. t. nec non donator ex simplici donatione conventus, l. 19. eod. vel tandem ob communionem bonorum conjuncti sunt, ut socius ex causa societatis, five unius, five omnium bonorum, conventus. l. 10. eod. & l. 63. ff. pro soc. Et hisce tandem etiam ipse debitor, qui bonis cesit, si forsan ad meliorem fortunam perveniens de novo exigatur, accedit per l. 4. ff. de cess. bon. ibiq; Brunnem. n. 1. Salg. p. 1. c. 24. per tot. prout de omnibus & singulis latius videri possunt, post supra citatos, Coler. de proc. execut. p. 2. c. 3. n. 118. Zang.

de

*de exc. p. 2. c. 15. Donell. l. 27. com. c. 9. l. a. ibiq. Hillig. Ludw. ad Inst. disp. 16. lb. 8. aliique a D. Nicol. d. l. allegati.* Et hoc beneficium in tantum privilegium est, ut non modo liberis & familiae debitoris, quamdiu scilicet is vixerit, indultum simul censeatur, *Carpz. p. 1. c. 23. def. 17.* Sed etiam eidem firmiter renunciari nequeat, *arg. l. alia 14 §. eleganter, ff. sol. matr. Carpz. ib. def. 19.* Fidejussori tamen debitoris non prodest, nec ad heredes transit, eum personale sit, *Brunnem. ad l. 24. ff. de re Jud. n. 3.*

(i) Deducitur scilicet hæc pro alimentis assignata portio, a bonis debitoris, per alleg. Jura, diversimode tamen; nam resp. prioris supradictæ classis & generalis competentie privilegii, statim tantum a facultatibus debitoris separatur, ut corpus concursus ingressum non intelligatur, *Salg. d. c. 24. n. 84.* Respectu specialis competentie vero non de universis bonis, sed tantummodo de prædictarum personarum conjunctarum debitis tantumdem retinetur; ne alioquin jus hocce personale personas egrediatur reliquisque concreditoribus damno cedat, *Id. Salg. ib. n. 74. & 78.* Utroque vero casu usufructus tantummodo de summa concessa debitori, ad vitam ejusdem assignatur, reservata proprietate creditoribus, *Id. ib.*

## CAPUT II,

De

# PRIMA CLASSE CREDITORUM SINGULARI QUÆDAM PRÆROGATIVA ET PRIORITATE RÆ OMNIBUS ALIIS PRIVILEGIATORUM,

## THESIS. I.

Hæc classis continet octo[a] privilegia, quorum primum habent, ejusque vigore omnibus quantumcunque privilegiatis [b] præferendi sunt, creditores res proprias [c] adhuc extantes [d] repetentes, quales sunt depositum, (e) res ad vendendum (f) vel pecunia ad emendum, (g) data, bona uxoris (h) vel viduæ, ut & liberorum (i) propria, per hereditatem

tatem

tarē p̄arentum forsitan aut aliunde acq̄uisita, l-  
tem (k) res locatae (l) vel pignoratāe, (m) com-  
modatae (n) precario (o) concessāe, fideicommissio  
(p) subjectāe vel legatae, feudales, (q) ut & emphy-  
tevticāe (r) sine Domini directi, illique simul abs-  
que simultanē investitorum consensu, mino-  
risq; (s) sine solennitatibus requisitis alienatae, &  
ob ejusmodi defectus, (t) aut alias causas revoca-  
tae, & in genere (u) quodocunque creditor rem  
quandam mobilem vel immobilem domini ju-  
re repetit.

(a) Octo hæc distincta privilegia in Ord. Proc. Jud. Elect. Sax. c. 42.  
comprehensa specificè enumerat *Carpz. ad d. C. 18. def. 12. n. 2.* Quod sci-  
licet sit 1. privilegium res proprias repetentium, de quo in hac th. 1. 2. In  
vendito fundo hypothecam vel dominium usque ad solutionem pretii to-  
talis scilicet reservantium, 3. Eorum, qui jure hypothecæ rem obligatam  
habuerunt, antequam debitor illam emeret, 4. Privilegium mercedis fa-  
mulorum, 5. Impensarum funebrium, 6. Medicamentorum in curatio-  
nem debitoris ægroti factorum. 7. Collectarum, aliarumque publicarum  
exactionum, & 8. Pecuniæ hæreditariæ, quæ omnia & singula thesibus  
seqq. enucleabimus.

(b) Prælationem hanc expresse innuit, *d. Ehrst. Process. Ordtn. 1. 42.*  
*in pr. verb.* vor allen andern/sie seynd gleich berechtiget/ oder privilegiret  
wie sie wollen. adeoq; non tantum sequentium classium, sed & in hac ipsa  
prima classe positis reliquis creditoribus anteponendi res proprias repeten-  
tes *Carpz. ib. d. 12. n. 7.* non obstante, quod alias privilegiati pro rata con-  
currant, & prior tempore potior sit Jure. Quia prior regula de nudis tan-  
tum privilegiis non simul prælationis Jure munitis, altera vero saltem de  
hypothecariis loquitur. *per ded. ejusd. Carpz. 16. n. 6. § 10.* Ratio hujus præfe-  
rentiæ etiam exhibetur hæc *in d. Ord. Proc. ib.*, weil es / *scil.* wider alle  
Billigkeit/ daß sich die Gläubiger nicht von ihres Schuldners/ sondern  
fremden Guthe bezahlt machen solten. cui addi potest, quod rei vindicatio  
C sit

sit supra omnes actiones personales & hypothecarias, *Gotb. in l. ventri 24. §. 2. lit. n. ff. de reb. aut. jud. poss. Rauchb. l. 1. q. 6. n. 13. it. Salg. p. 1. c. 8. n. 41. it. c. 11. n. 111. §. p. 2. c. 24. n. 14.*

(c) Proprias res intelligimus, quæ ad aliquem jure domini vel quasi pertinent, *in d. Ord. Proc. pr. dicitur*, was einen Eigenthuml. zurechet/ v. l. *deposui 38. pr. vers. banc enim. ff. de pecul. d. l. si ventri 24. Berl. concl. 64. n. 1. p. 2. siue sint mobiles siue immobiles*, uti id ampliat *ead. Ord. Proc. Elect. ibi verb. es belange gleich bewegliche oder unbewegliche Güther/ Richt. d. tr. 6. 1. membr. 1.*

(d) Extantes tamen adhuc, ut simul sint, & ita duo hæc requisita concurrant, necesse est, *per verb. ejusd. Ord. Pr.* und es wehre dasselbe noch un- verwendet vorhanden / *Carpz. ad d. Const. 28 p. 1. def. 13. 14. 16. §. 17.* alias hoc jus prælationis amittunt, & in quartam classem personaliter saltem privilegiatorum rejiciuntur, de quo ibi plura.

(e) Depositum inter ejusmodi res proprias primo loco designatur, *in d. Ord. Proc. per verb.* wenn einer etwas deponiret/ und zu treuen Händen hinterlegt/ *concordat l. si hominem 7. §. quoties. 2. ff. de pos. §. d. l. si ventri 24. §. in bonis. 2. vers. si tamen ff. de reb. aut. jud. poss. l. si res 8. C. ad exhib. l. si is. 8. C. de pos. Caroc. tr. de pos. p. 2. qv. 47. Köppen. d. 28. n. 3. Moller. ad d. C. 28. n. 74. Carpz. ad eand. def. 15. Berl. p. 1. concl. 64. n. 4. Richt. d. m. 1. n. 6. Salg. d. c. 11. n. 108. Acoſta de priv. cred. reg. 1. ampl. 12. n. 5. & deponenti præ omnibus creditoribus reddendum, etiamsi is fur vel prædo fuerit, *l. depositum 1. §. si prædo. 39. ff. de pos. nisi cum vero domino dominium in continenti probante & tunc in repetitione præferendo concurrant, l. bona fides. 31 §. incurrit. 1. ff. eod. ibiq; Brunn. n. 2. quosq; allegat.* Depositi autem nomine cum etiam sequestrum, rei scilicet litigiosæ, veniat, *l. sequester. 110. ff. de V. S.* Sequestratio vero rerum immobilium quoq; sit, *Gædd. tr. d. seqv. poss. §. fr. ad rubr. n. 10.* sequitur eorum etiam depositum esse, *l. proprie 6. ff. de pos. ibiq; Brunn. post Lauterb. eod. d. §. 1. tb. 6. & consequenter sequestro quoque privilegium prælationis competere.* Quemadmodum autem prælatio hæc locum saltem habet, in vero deposito, ubi scilicet dominium penes deponentem remanet, & nuda custodia vel tenuta ad depositarium pertinet, eademq; res in specie reddenda venit, *Licet. 17. §. 1. l. Lucius 24. ff. de pos.* Ita e contra cessat, si dominium transtulerit deponens, *per d. ll. Berlich. a' p. 1. c. 64. n. 6. vel usuras acceperit, d. l. si hominem. 7. §. quoties. 2. ff. eod. l. si ventri 24. §. 2. ff. de reb. aut. jud. poss.* quia tunc egreditur notissimos depositi terminos. *d. l. 24. & non amplius depositum, sed revera mutuum, vel contractus innominatus erit. l. si tibi 13. §. 1. ff. de præfer. verb. Seraccha de decort. c. ult. n. 3. Brunnem. ad d. l. 7. §. pen. n. 7. ff. de pos. §. ab eo alleg.**

(f) Res

(f) Res ad vendendum data eodem jure gaudet, per text. der Churf. Proceß. Ord. in verb. daß er ihme verkauffen solle / Carpz. d. c. 28. def. 16. n. 2. & Berl. d. c. 64. n. 15. rationem assignat Richter., quod scil. dominium eo casu non transferatur in mandatarium, & proinde etiam mandans rei vindicationem habeat, d. tr. c. 2. m. 1. n. 10.

(g) Pecuniam ad emendum vel transferendum datam huc etiam referendam, evincit generalitas d. Ord. Proc. in verb. oder ihn etwas geben / daß er ihm verkauffen / oder etwas anders darmit thun solle. Unde etiam de cambio idem statuit, Carpz. p. 3. decis. 280. Ubiq; tamen necesse est, easdem species rei vel pecuniæ datæ adhuc extare, per supra cit. & Carpz. d. c. 28. d. 16. p. 1. de cujus probatione & præsumtionibus Salg. p. 1. c. 10. n. 61.

(h) Uxoris porro bona propria adjungit d. Ord. Proc. in verb. wenn ein Weib von ihren Freunden etwas ererbet / cui concordant, l. bona 1. C. de priv. fisci. l. 1. C. ad l. Jul. de vi publ. l. ob maritorum 2. C. ne uxor pro mar. cum simil. Berl. d. concl. 64. n. 18. Richt. d. c. 2. m. 1. n. 35. Carp. ib. def. 13. n. 4. quod tamen restringendum erit ad ea, quorum dominium sibi reservavit, nec in maritum transtulit, l. si ego. 9. §. cæterum 3. ff. de jur. dot. d. l. bone 1. l. res uxoris. 24. C. de don. int. viv. & uxor. vel ei æstimato in dotem dederit. l. cum post 60. §. pen ff. de jur. dot. cum æstimatio venditionis vicem obtineat, l. plerumq; 10. §. 4. & 5. eod. vid. Beust. de Jur. conn. p. 3. c. 8. Köpping. dec. 28. n. 3.

(i) Liberi itidem prioris matrimonii bona sua ex hereditate parentum vel aliunde acquisita in hac classe præ omnibus aliis creditoribus reputant, per text. d. Ord. Proc. in verb. oder es wäre den Kindern erster oder andern Ehe von ihren zuvor verstorbenen Eltern oder Freunden angeerbt. Berl. d. concl. 12. §. except. C. qui pot. in pign. vid. Carpz. ib. def. 14. Beuth. l. 1. c. 38. Berl. d. c. 64. n. 19. Acosta d. tr. reg. 1. ampl. 10. Utröbique tamen & hic existentia rei petitiæ præsupponitur, per verb. d. Ord. Proc. sequentia, und solch Stücke Guths / das ihnen zugehöret / noch vorhanden. de quo supra lit. d.

(k) In his vero casibus Sereniss. Sax. Elect. nequiquam subsistit, sed omnes similes, ubicunq; dominium rei propriæ vindicatur, simul includit, ib. per verb. und in Summa / so oft einer das / was ihm eigenthümlich zustehet / fordert. Quapropter etiam ad dilucidandam thesin nostram nonnullos adhuc addere haud inconveniens visum fuit.

(l) Locatæ ergo res, quod pari prioritatis jure gaudeant, generalitas rationis a jure domini petita evincit, quia locator itidem dominus manet, l. agri. 1. §. qui in perp. 1. ff. si ager veet. & natura locationis non admittit, ut dominium transferatur. l. non solet. 39. ff. locati. l. convenit. 65. l. cum manu. §. fin. ff. de contr. emt. prout etiam non suo sed domini nomine conductor possidet, l. male 2. C. de prescr. 30. vel 40. ann. Quapropter & paritas rationis quos

nectit circa juris dispositionem non sunt separandi. *Everb. in top. loco a simili. 13. n. 1.* Quid vero dicendum de vaccis ovibusq; ferreis locari solitis? Si adhuc existent, huc itidem referri, alias secus esse, deducit *Richter. d. c. 2. m. 1. n. 23. & seqq.*

(m) Pignus etiam in dominio debitoris remanet *l. cum & 35. §. pignus. ff. de pign. act. l. pignus 9. C. eod. & debito soluto l. pignoris 11. C. eod. vel legaliter deposito. l. acceptam 19. C. de Usur. l. obligatione. 9. C. de solut. domino restituendum est. l. si quis. 4. §. res 1. ff. de reb. cred. Id quod in concursu præ omnibus aliis creditis fieri debere sæpe dictum, & de pignore etiam in specie deducit *Max. p. 4. d. 254* Idem vero in individuo licet reddendum sit, de grege tamen capitibus prioribus decedentibus, in totum etiam innovato, quod nihilominus pignori obligatus maneat, & restituendus veniat, *text. est in l. grege 13. pr. ff. de pign. & hypoth. v. Acosta d. tr. pref. ad reg. 1. n. 7.**

(n) Commodatæ quoq; res ejusdem juris sunt, cum nec earum dominium transferatur, *l. rei 8. l. nemo. 9. ff. commod. & illud præsupponat rei vindicationem l. officium 9. l. in rem, 23. de rei vind. omnes alias actiones antecedentem. supra lit. b.*

(o) De precario concessis, idem iudicium esto, *arg. l. precario. 1. l. ait Prator. 2. l. cum precario 12. l. interd. 14. & seqq. ff. de prec. prout etiam quatuor hasce species pariter adjicit & conjungit Richter. d. c. 2. m. 1. n. 22. & seqq.*

(p) Rei fideicommissio subjectæ, ut & legatæ dominium, cum ipso Jure in fideicommissarium & legatarium transeat, ipsiq; iccirco inter alia Juris remedia & rei vindicatio competat, *per l. 1. C. comm. de legat. l. a Titio. 64. inf. ff. de furt. cum simil. Peregrin. de fideicommiss. art. 45. n. 33. it. a. 49. n. 506. Prioritatem in concursu illis etiam concedendam consecutarium est, per late ded. Acosta d. tr. reg. l. ampl. 3. n. 11. & seqq. it. ampl. 6. n. 1. & seqq.*

(q) Eadem actio rei vindicatoria, ex c. Imperialem De prohib. feudi alien. per *Frid. 2. F. 55.* competit etiam tam Domino directo, *per d. c. & ded. Struvii in Syntagm. Feud. c. 13. apb. 10.* quam simultanee investito *per Const. Elect. Saxon. 48. p. 2. ibiq; Carpz. def. & seqq. ad feudum sine ipsorum consensu alienatum revocandum, Hartm. Pist. p. 2. qv. 4. n. 91. it. qv. 20. n. 25. & passim.* Si ergo ejusmodi feudum in bonis debitoris reperiat, quin revocanti parili prælatione præ omnibus debitis consultum sit, nemo forsitan dubitabit.

(r) Idem in emphyteusi, ob alienationem puram sine Domini consensu factam, vel ob non solum canonem, Domino, *per l. 2. & ult. C. de Jure emphyt. aperta, obtinere, vel unico verbo tetigisse sufficiat, de quo tamen videndus Corbulus. de Jure Emphyt. c. 14. & 15. per multas ampli. & limit. it. Acost. d. tr. reg. ampl. 11. per tot.*

Porro



(s) Porro & Minor quoque ubi rem suam sine justa alienandi causa, ejusq; cognitione & decreto Magistratus illicite alienatam, ex fundamento l. 2. C. de prad. min. sine decreto. junct. l. 15. 16. eod. cum simil.

(t) Item venditor, si dolo circumventus, aut fide de pretio nunquam habita, per l. si dolo 5 C. de resc. vend. l. si quasi 3 ff. de pign. act. it. l. procuratoris 5. §. sed si. 18. ff. de trib. act. rem venditam revocaverit, de quibus Carpz. p. 2. c. 11. d. 28. & 29. it. ead. p. 2. c. 34. d. 8. & seqq. p. 1. c. 28. d. 17. n. 6. it. def. 18. & 19. Gail. l. 2. obs. 15. n. 4. Mevius p. 4. dec. 206. 280. Tiragv. de Utroq; Retr. 1. p. §. 1. gl. 2. n. 34. & pass. nec non post alios. Acosta d. tr. reg. 1. ampl. 1. ampl. 5. ampl. 9. & ampl. 7. ubiq; late per tot. videri possunt, omnes ac singuli, intuitu domini & rei vindicationis competentis eandem præferentiam habere non obscure dignoscuntur.

(u) Generali hac clausula in d. Ord. Proc. Jud. per supra citatum vers. in Summa etc. satis fundata, thesin abrumpere cogimur, ne disputatio nostra ultra consuetum morem excresecat.

## THESIS II.

Post hosce Creditores secundo loco sequuntur, (a) qui in re (b) vendita ante traditionem (c) sibi hypothecam vel dominium (d) pro residuo pretio reservarunt (e) utpote cujus vigore pariter reliquis omnibus anteponendi sunt. (f)

(a) Differentia priorum & jam nunc sequentium creditorum in eo consistit, quod illi res ipsas vindicent, hi vero Jus tantum in rebus quondam suis pro residuo pretio retentum præendant, qui separati & diversi plane casus iccirco non sunt confundendi.

(b) Privilegium hocce datur in omni re non immobili tantum, sed & mobili per l. procuratoris 5 §. sed si 18. ff. de trib. act. Richter. d. tr. c. 2. m. 1. n. 40. tamq; allodiali quam feudali. Id. ibid. ob generalitatem scilicet Ord. Jud. quæ cum non distinguat, nec nostrum etiam erit distinguere, Limitatione tamen adhibita, de qua infra lit. e.

(c) Duo scil. requiruntur, ut prælatio hæc hypothecæ in re vendita reservatæ competat, scil. ut res illa a creditore debitori vendita sit, per verba der Ehur. Sächf. Proc. Ordtn. d. t. 42. vers. da auch einer etwas verskauft. & secundo, ut is hypothecam sibi adhuc in ea ipsa re, ante traditionem

nem reservaverit, *vigore ejusdem Sanctionis in verb.* und ihm alsbald bey  
solchen Kauffe auf den Guthe/ehe er es dem Käufer tradiret/und etwärts  
met/ein beständig Unterpfandt/wegen des hinterstelligen Kaufgeldes vorz  
behält. *Carpz. d. p. 1. c. 28. d. 20. n. 6. Berl. p. 1. concl. 64. n. 32. Fab. in C. l. 8. t. 7. d.*  
*6. Alias nemini, ne rustico quidem in re vendita pignus competit. Carpz.*  
*ad C. 23. p. 2. d. 18. § 19. Ante traditionem tamen fieri etiam intelligitur, si*  
*in ipso actu traditionis fiat, Coler. p. 2. decis. 279. n. ult. Berl. 16. n. 40. Richt. ib.*  
*n. 42. postea vero in continenti licet facta reservatio nihil operatur, arg. l.*  
*1. § fin. ff. de reb. eorum. qui sub tut. Negaz. p. 4. pr. n. 35. vers. nihilominus. Carp-*  
*zov. p. 2. c. 23. d. 17.*

(d) Dominium reservanti idem privilegium assignatur *per eund. text.*  
*der Ehur. S. Proceßordtn. d. l. vers. also auch. in verb.* und ihm ausdrück  
lich auf den Fall da er nicht bezahlen würde/den Eigenthumb daran vor  
behalten/*vid. Carpz. d. l. def. 21. Post Rauchb. p. 1. q. 8. n. 12. Moll. l. 1. Sem. 4.*  
*n. 2. Berl. d. l. n. 43. § seqq.* Quod licet expressis verbis adjiciendum de  
siderare videatur modo dicta Sanctio, Observantia tamen judiciorum, quæ  
optima II. interpret sufficere novimus, etiamsi tacite saltem, & ipso fa  
cto id agatur, puta non habendo fidem de pretio, aut investituram rei im  
mobilis non resignando, cum & eo casu dominium retineatur, in foro  
præsertim Sax. ubi non aliter quam per ejusmodi resignationem transfer  
tur. Uti post vetera Jura Sax. noviter statutum *in Nov. Elect. Decis. 61. vid.*  
*Carpz. p. 2. c. 39. d. 35. it. lib. 1. resp. 102. § l. 5. resp. 40. nec non p. 2. decis. 127.*  
Quando autem in casu dubio fides de pretio habita ceaseatur, vel non do  
cent, *Fab. de. Mont. de emt. 5. qv. pr. n. 36. Berl. d. c. 64. n. 48. § seqq. Mol-*  
*ler. l. 4. Sem. c. 19. n. 7. Richter. d. tr. c. 2. m. 1. n. 52. Mavius. p. 4. decis. 206.*  
*§ decis. 280.*

(e) Reservationem hanc in allodialibus bonis etiam extrajudicialiter  
fieri posse pluribus defendit, *Carpz. p. 2. c. 23. def. 16. a. n. 10. per tot. post.*  
*Rauchb. l. 1. qv. 6. n. 26.* In feudalibus vero quin insuper etiam consensus  
Domini, & quidem in ipsam hypothecæ reservationem expresse directus,  
requiratur, extra dubium est, in tantum ut nec confirmatio contractus  
emtionis venditionis sufficiat, *Hartm. Pist. p. 1. q. 31. n. 33. Carpz. p. 2. d. const.*  
*23. def. 18. it. Tr. de Oner. Vas. feud. dec. 2. pos. 5.*

(f) Præferendi ergo sunt hi duo privilegiati omnibus reliquis credito  
ribus *per text. der Ehur. Sächs. Proceß. Ordtn. d. t. 42. vers. als auch verb.*  
vor allen andern Gläubigern etc. etiam anteriorem generalem expressam  
habentibus *per supra cit. authores. nec non Mav. p. 5. dec. 59. Negaz. p. 5. m. 2. n.*  
*18. Carpz. d. c. 28. d. 20. n. 4.* Sed an etiam tributis & collectis? Affirmative id  
resolvit. *Seren. Elect. Sax. quoad tributa quorum dies postea cessit, in Decis.*

*Nov.*

Nov. 63. Sumtus tamen pro conservatione bonorum illorum impensos iisdem præferendos censet, per l. quod. 8. in f. ff. de pos. Carpz p. 1. dec. 55. n. 9. post Beuther. d. tr. l. 1. c. 72. de quibus infra t. b. 4. pluribus. Interim hoc jus prælationis ita legitime obtentum, petendo simul cum sorte usuras, non amittitur, cum ex natura contractus debeantur, per l. curabit. 5. C. de act. emt. Brunnem. ad l. si ventri. 24. in summ. n. 7. ff. de reb. aut. Jud. poss.

### THESIS III.

Tertio (a) loco consistunt, qui rem hypothecatam  
(b) habuerunt, antequam debitor (c) illam emeret.

(a) Parile quidem cum prioribus jus præferentiæ ejusmodi etiam creditoribus tribuitur, per text. de Proc. Ord. d. 1. 42. S. gleiche Meinung hat es auch x. Hocce tamen non impedit, quin post illos tertio loco collocentur, cum ex ordine scripturæ prioribus etiam potentior prærogativa non immerito assignata fuerit, per ded. Everb. in top. loco ab ordine rubr. 2. n. 2. & hinc etiam tertium locum hujus primæ classis eisdem expressæ attribuat. Carpz. d. c. 28. d. 12. n. 2. in qua pariter omnibus sequentibus, & inter ea tributis quoque, quorum dies post venditionem cessit, præferendi sunt, per d. Nov. dec. Elect. 63.

(b) Hypothecatam vero rem jam antea fuisse expresse desiderat modo citatus textus, per verba: mit den Schulden/ die zuvor/ und ehe der Schuldner das Guth an sich bracht/ darauf verpfändet gestanden etc. Ex quo palam est, hoc privilegium non modo restringi ad solos hypothecarios, sed etiam nemini competere, nisi qui rem jam ante postremam venditionem pignoris Jure obligatam habuit, per ded. Carpz. ead. const. 28. d. 23. nihil tamen intererit, tacitum an expressum id fuerit, cum utrumque generali pignoris nomine veniat, per l. de pretio. 8. ff. de Publ. in rem act. l. 1. S. gener. ff. de leg. præstand. Carpz p. 1. dec. 55. n. 6.

(c) Et in hac etiam anterioritate hypothecæ veteris, ratio hujus prælationis consistere videtur, non modo, quia res quælibet cum onere suo transit l. alienatio. 67. ff. de contr. emt. sed etiam, quod ejusmodi hypothecariorum conditio ex facto successoris vel emtoris deterior fieri nequeat, per l. 1. §. 2. vers. atqui. ff. de separ. l. debitorum. 25. C. de pact. junct. l. 2. §. ex his. ff. de V. O. & insimul intenditas rationis, prælationem in priori thesi positis assignans, hic etiam idem jus exposcere videatur, l. illud. 32. ff. ad l. Aquil. Carpz. d. def. 22. n. 4. Richter. d. c. 1. m. 1. n. 67.

THE

Quartum locum obtinent debita (a) eorum, quorum opera vel impensis substantia debitoris conservatur, qualia sunt mercedes (b) famulorum (c) domesticorum, (d) impensæ (e) in culturam agrorum factæ, aliæq; meliorationes (f) fundi, item, salarium Curatoris (g) bonorum, & expensæ judiciales (h) Concurfus (i), quæ tamen postea inter participantes creditores iterum pro rata distribuendæ (k) veniunt.

(a) Hocce quartum privilegium quidem *Carpz.* mercedi tantummodo famulorum assignat *d. def. 12. Const. 28. n. 2.* Et text. *Ord. Proc. alleg. l. 42. §. nechst diesen soll das Liedlohn* &c, illam etiam solum exprimit. Cum tamen & ratio hujus sanctionis, quam in conservatione per operas servorum familiæ debitoris, ponit *Carpz. ib. d. 24. n. 3.* non modo generalis sit, sed idem ipse author postmodum *def. 6. §. seqq. post Berl. d. concl. 64. n. 71. Richt. d. tr. c. 2. m. 2. §. 3. aliosq;* reliqua etiam supra dicta debita sub hocce caput jam antea redegerint, non inconveniens visum fuit, in hacce thesi operas & impensas quibus debitoris facultates conservantur, conjungere, & exinde dependentium debitorum jura simul pertractare.

(b) Merces igitur famulitia præ omnibus sequentibus debitis exsolvenda venit, *per text. suprad. Ord. Proc. alleg. §. ibi: soll Vermöge & Rechte und unser Landes Const. das Liedlohn vor allen folgenden Gläubigern bezahlet werden.* Quæ Jura vetera Sax sunt, das Landrecht *l. 1. art. 22. §. von dem Erbe. ibi: soll man erstl. dem Gesinde geben ihren Lohn/ so viel ihm gebühret/ biß an den Tag/ da ihr Herr starb. Et Const. 28. p. 1. ibi: vor allen andern Schulden soll erstlich bezahlet werden das Liedlohn.* Id quod etiam in Jure divino, *per text. Levit. 29. v. 13. Deuter. 24. v. 14. Tob 4. vers. 15. Syr. c. 35. n. 22.* fundatum esse videtur. Mercedi autem dum hic in genere prælationem asserimus, palam est, illam non restringi posse, ad salarium unius vel ultimi saltem anni, sed potius toti residuo præcedentium simul annorum idem jus competere. *per ded. Harm. Pist. p. 1. qv. 8. n. 4. Carpz. d. c. 28. d. 24.* Requiritur tamen ante omnia, ut & certa merces promissa, & qui

qui

qui eam petit, simul in ædibus & convictu debitoris, tempore mortis ipsius, vel moti concursus, fuerit, *per text. d. Proc. Ordni. eod. §. vers. es* wird aber Löhndlohn allein diß genandt/was man denen Persohnen/welche *domestici*, und wesentlich bey einem in seiner Behausung an seinem Brode / oder an dessen statt in einem gewissen Kostgelde seyn/schuldig/it. *gl. germ. ad d. art. 22. Landr. / §. ihr verdienet Löhn. ibi.* zum ersten muß ihnen das Löhn ge- lobet seyn. Und zum andern müssen sie zu der Zeit noch am Dienst und un- ter dem Besinde seyn/ *Moller. ad d. Const. 28. n. 5. Carpz. d. c. 28. d. 25. ut § p. 3. dec. 264. Hartm. Pist. p. 1. qv 8. n. 12.* quorum prius quidem, quantum scil. mercedis, deficiente instrumento vel testibus, etiam juramento famuli, pro- bari potest, *Carpz. ibid. d. 34.* super posteriori vero, ministros nim. se fuisse, illud locum non habet, *Id. Carpz. ib. d. 35. Hartm. Pist. d. q. 8. n. 7. Berl. d. c. 64. n. 69.* Sicuti autem privilegium hocce tantum in bonis allodialibus, non vero feudalibus competit, *per supra cit. text. Landr. l. 1. a. 22. §. Von dem Er- be.* Ita etiam econtra hic quoque amittitur, si famulus pro mercede tan- quam credita pecunia usuras a domino acceperit. *Moller. ad d. C. 28. n. 2. Carpz. ib. d. 33. Berl. d. 64. n. 79.*

(c) Famulorum nomine non modo scribas, ministros, servosque cu- juscunque conditionis, nec non ancillas, pedissequas, coquas, & in genere omnes, qui vel quæ pro certo salario & convictu debitori operas præstant, *Moll. ad d. c. 28. n. 5. Berl. d. l. n. 70. Richter. d. c. 2. m. 3. n. 12.* sed etiam liberos debitoris ipsi famulantes intelligimus, dummodo eisdem certa merces promissa fuerit. *Carpz. ib. d. 31. & 32.* Pædagogo insuper ad informandos liberos certa mercede conducto, ut & actuario Judicii, concurrentibus scil. supradictis requisitis, idem privilegium prælationis assignari, idem asserit, *def. 26. & 29.*

(d) Domesticorum autem qualitatem dum *per d. verba der Proc. Ordni.* in illis omnibus requirimus, ab hoc privilegio excludimus cunctos opera- rios & opifices, qui in ædibus & convictu domini non commorantur, nec pro certo salario servitia aut operas præstant. *Cum Carpz. ib. d. 29. Berl. d. c. 64. n. 73. Beuth p. 1. c. 29. & aliis.*

(e) Impensas hæc in culturam agrorum factas, *arg. l. interdum. §. cum seqq. ff. qui pot. in pign.* pari prælationis Jure munitas putamus, *cum Carpz. d. c. 28. def. 37.* per rationem tum in ipsa thesi præmissam, tum etiam a sæpe laudato *Carpz.* additam, quod ejusmodi sc. cultura agrorum, facultates debitoris in ipsius simul & creditorum commodum amplificentur, *ib. n. 4.* Cum v. ad hanc culturam non modo hominum opera, sed & frumentum sementarium, ut & pabula pecorum necessaria sint, & illa quoq; cum simili- bus, impensarum nomine comprehensa existimamus, secuti eund. *Carpz.*

23(d)

D

qu?

qui ib. d. 38. præjudicia de frumento addit, & *Salg. d. lab. cred. p. 1. c. 24. n. 101.* deducentem, etiam eum, qui pabula præstitit, vel pascua locavit ad pascenda debitoris animalia, jus prælationis habere per *l. hujus enim. 6. in pr. verb. in cibaria. ff. qui potiores in pign. vid. & Richt. d. tr. c. 2. m. 2. n. 5.*

(f) Meliorationes alias quoque, per quas scilicet fundus aliarque res debitoris conservantur, in genere adjungimus, per *d. l. interdum. §. cum d. l. seqq. ff. eod. cum siml. & late ded. Salg. d. p. 1. c. 11. in summ. num. 61. & seqq.* cum pro diversitate casuum vix omnes enumerare liceat, insuperque & hæc materia integrum tractatum desideraret, teste *Garfia de expens. & melior. per tot.* Sufficiat hic earundem jura prælationis saltem tetigisse, de quibus post *d. l. 5.* universalis regula exhibetur in *l. quod privilegium. 8. in f. ff. depos.* quod ejusmodi sumtus causa, qui necessario factus est, semper præcedat, & deducto demum eo, bonorum calculus subduci solet, quam etiam universaliter intelligunt *Beuther. d. l. 1. c. 72. & Carpz. p. 1. decis. 55. num. 9. & 10.* ubi ejusmodi meliorationes etiam pignori ab antecessore constituto præferri asserit, & præjudiciis confirmat. Ad necessarias autem & utiles saltem meliorationes prærogativa hæc restringenda est, per *ll. alleg. ab eod. ibid. num. 19. & seqq.* reddendas tamen non secundum taxam, sed designationem & probationem impendentis per *ded. May p. 3. decis. 4.* & quidem sive adhuc extent, sive non, per *l. plane 38. in f. ff. de hered. petit. Id. May. p. 2. d. 227.* interim etiam expendenti simul possessori jus retentionis non denegandum, auctore *Salg. d. c. 11. in summ. n. 88. & §. un. n. 4.*

(g) Salarium Curatoris bonorum, cujus nomine etiam advocatum debitoris loco creditoribus respondentem intelligimus, cum *Brunnem. ad. l. 2. ff. de cur bon. dand. n. 7.* eademque prioritate gaudere, post observantiam judiciorum testes sunt *Carpz. d. c. 28. def. 36. it. Moller. ad eand. const. n. ult. Richter. d. tr. c. 2. m. 2. n. 8. Salg. d. p. 3. c. 9. in summ. n. 15. & seqq. alsiq.* Id quod in tantum procedere putat. *May. p. 2. dec. 269.* ut etiam pendente concursu nec non finito illo, licet in sententia graduationis omissum fuerit, nihilominus ante omnia reliqua debita exsolvendum asserat. *p. 3. d. 353.* Nec referre putamus sive annum quoddam, sive ad consuetam liquidationem, pro singulis terminis & laboribus uff gewöhnliche expens Zeddel/ sive pro tota causa vel numero creditorum ipsi palmarium promissum fuerit, indifferenter enim eidem prælatio attribuitur. Imo nec capitale modo vel sortem salarii, sed etiam ejusdem interesse moræ, & quidem pari prioritate, Curatori bonorum in concursu creditorum *Joh. Sig. de Bernstein, a Senatu Appellationum Elçt. Sax. anno 1661.* adjudicatum experientia comperimus.

(h) Ex:

(h) *Expensas tandem Judiciales pariter præferri etiam in propatulo est, nec quisquam spero negabit jure merito id fieri, cum sine dubio sum-  
tus quoque necessarii nomine veniant, cui prærogativam jam supra asse-  
ruimus. Nec interest, pro quibus processus articulis liquidentur, sive  
enim pro citationibus, protocollis, sententiis, taxationibus, subhasta-  
tionibus, aut aliis expeditionibus judicialibus solvendæ sint, perinde est.  
De quo vid. Carpz. d. c. 28. d. 36. item Beutber. l. 1. c. 25. Berlich. d. c. 64. n.  
81. & seqq. Richter. d. 2. m. 2. n. 6. & seqq. Et quidem in tantum privilegiati  
habentur ejusmodi sumtus judiciales cum salario curatotis bonorum, ut  
de hodierna judiciorum consuetudine & observantia, non modo merce-  
di familiaritæ æquiparentur, sed etiam illi ipsi, simulque omnibus reliquis  
creditoribus quomodocunque privilegiatis non tantum in concursibus ad  
allodialia, sed & feudalina bona motis, præponi, & statim primo loco as-  
signari soleant, prout partim testatur & approbat, Id. Carpz. d. p. 1. def. 55.  
it. Salg. d. p. 3. c. 9. & c. 11. n. 3. & insuper infinita etiam exempla ac judicata de-  
signationum id abunde confirmant.*

(i) *Restringendum tamen hocce privilegium prælationis ad expensas  
universi concursus, & in utilitatem omnium creditorum factas, Richter.  
d. c. 2. m. 2. n. 1. neutiquam vero ad eas extendum est, quas eorum unus  
vel alter sui saltem crediti causa impenderit, per ded. Mev. d. p. 3. dec. 353.  
n. 5. Reservata etiam semper intelligitur moderatio judicis, sicubi in li-  
quidando modus & taxa judiciorum excedatur, per trad. Carpz. in proc.  
tit. 24. n. 4. per tot.*

(k) *Ejusmodi expensas tandem creditoribus universis prælatas poste-  
rioribus solummodo in damnum cedere existimat, & deducit non sine ra-  
tionibus Salg. p. 3. c. 11. n. 3. 7. & seqq. Nihilominus tamen in vulgus no-  
tum esse putamus, contrarium in judiciis nostris observari, easque credi-  
toribus participantibus, si bona ad omnium solutionem non sufficiant, pro  
rata deduci, arg. l. sedet loci. 4. §. 1. ff. fin. reg. De quo iterum ad observanti-  
am, & obvia passim in judiciis præjudicia provocare cogimur.*

### THESIS V.

Postea & quinto (a) ex solvendæ (b) impensæ (c) fu-  
nebres ad sepulturam debitorum (d) ero-  
gatae. (e)

(a) Quintum hujus primæ classis locum ejusmodi debitis itidem assignat *Carpz. d. d. 12. n. 2.* postque priora collocandum expresse jubet *text. der Proc. Ordtn. d. l. 42. §.* ferner so soll dasjenige etc. & quidem vigore constitutionis, *scilic. 28. p. 2.* ubi pariter dispositum, quod post mercedem famulorum solvi debeat, was uff des verstorbenen Schuldners Begräbnis auffgewandt. Nec fundamento juris communis hæc sanctio destituitur, *arg. l. Et si quis 14. §. si colonus. l. impensæ 45. ff. de relig. Et sumt. fun. l. quaesitum. 17. ff. de reb. aut jud. poss.* Ubi ejusmodi impensæ deduci, & omne creditum præcedere dicuntur, *Berl. d. concl. 64. n. 85. Et seqq.* cujus ratio partim in humanitate, partim etiam in publica utilitate consistere videtur, ne scilicet corpora defunctorum insepulta jaceant, & aerem inficiant, *l. si quis. 12. §. 3. l. etsi. 14. §. 7. l. sunt persone. 43. ff. de rel. Et sumt. it. l. mortuorum 12. C. eod. Carpz. d. c. 28. def. 39. Köpp. d. dec. 28. n. 15. Meier. d. tr. l. 2 t. 2. Beuth. p. 2. c. 9. Garf. de expens. c. 8. n. 23.* Restringitur tamen hoc privilegium ad bona allodialia, debitumque ejusmodi regulariter inter onera feudi non connumerandum, nec a feudi successore solvendum est, *per ded. Carpz. p. 2. c. 46. def. 36. Richt. d. c. 2. m. 4. n. 15. Peregr. de fideicom. a. 40. n. 19. Brunn. ad l. pen. ff. de relig. it. Mev. p. 2. dec. 124.* Quamvis in subsidium hæc impensas pietati & successioni convenientes non detrectabunt ex mente ejusd. *Carpz. ib. n. 1.* prout etiam in Pomerania simpliciter receptum testatur *Id. Mavius ib. n. 7.*

(b) Exsolvendi vero, vel restituendi sunt tales sumtus, illis tantum, qui repetitionem habent, scilicet qui eosdem animo repetendi, non vero pietatis vel affectionis, aut misericordiæ intuitu erogarunt, *per text. l. si quis. 12. §. Prator. 2. Et l. etsi. 14. §. 7. ff. de relig. Et sumt. Acosta d. tr. de prior. cred. reg. 2. ampl. 1. numer. 22.* Qualis animus quidem in omnibus præsumitur, qui necessitate ducti ejusmodi impensas erogant, *teste Richter. d. c. 2. m. 4. n. 5.* Haud inutilis tamen cautela est, expressam protestationem desuper adhibere, ex consilio *Coler. p. 1. decis. 199. n. 4. Carpz. ib. d. 40. n. 3. Gaito de cred. c. 4. in append. n. 599. Struv. ad d. t. Ex. 15. tb. 86. Brunnem. ad l. 14. §. 2. ff. de relig. n. 13.* Repetitionem autem vel prælationem ideo saltem denegari, quod sine heredis consensu factæ fuerint, prout habetur in *Landtr. l. 1. d. 4. 22. in verb. mit seinen Rath.* nec recentior sanctio *der Ehurf. S. Proc. Ordtn. d. l. urger,* & in praxi quoque non observari amplius, testantur *Moller. ad d. c. 28. n. 19. Et Carpz. d. def. 40. num. 3.*

(c) Impensarum funebrium nomine quid veniat, expresse quidem non explicat modo dicta Ord. Proc. sed in verbis generalibus subsistit, was uff des Schuldners Begräbnis auffgewandt / interpretatione tamen *Dd.*  
&



& observantia huc refertur pretium loci & quicquid corporis causa, defuncti sc. erogatum, per *l. funeris 37. ff. de religiof.* item vestes lugubres, fasces, seriae & pepala, defuncti cognatis, ministrisque, nec non pastoribus, scholaribus, a dituo, vespilloni, & aliis circa deductionem funeris occupatis pro locorum consuetudine dari solita, *Wissenb. ad tit. de relig. & sum. fun. Disp. 2. lib. 23. arg. d. l. funeris 37. & ff. de relig. & l. etsi 14. §. 3. & 4. eod. cum similit.* Möller. *d. c. 28. n. 9. & seqq. Carpz. ib. d. 41. Berl. d. c. 64. n. 87.* Monumentam vero ut veniat, vix defendi potest. *l. hereditas. 50. §. si defuncto. 1. ff. de hered. pet. it. l. 1. §. f. ff. ad L. Falc. Vander. de priv. cred. c. 3.* Convivia etiam post funus parari solita, licet admittat post alics Richter. *d. c. 2. m. 4. n. 3.* adhuc minus prælationem mereri videntur, *Moller. d. loco. n. 24. Chemnitz. de conc. cred. th 52. & seqq.* Et in genere notandum est, immodicas impensas nequaquam præferri, nequidem ex præscripto defuncti factas, utpote qui creditoribus præjudicare nequivit, *Carpz. d. l. def. 43.* qui etiam ideo immodicum luxum prohibere poterunt, *Brunnem. ad l. 38. ff. de relig. n. 2.*

(d) In debitoris solummodo funus facta impensa prærogativam habet, per *d. verba der Ehr. S. Proc. Ordn. was uff des Schuldners Begräbnis* quæ non patiuntur extensionem ad funera liberorum & uxoris, *Carpz. d. def. 40. n. 4* Unde & eorundem funus, distinctione tamen adhibita, ex bonis maternis vel adventitiis, per *l. si filius 31. pr. ff. de relig.* Uxoris vero per *l. Celsus 22. & seqq. ff. eod.* ex dotalibus aut aliis propriis ducendum asserunt *Mavius p. 2. dec. 222. & Brunnem. ad l. 16. & 27. ff. de relig. n. 1. & seqq.* Et quamvis supradictam restrictionem juri communi in *l. quasitum. 17. ff. de reb. aut. Jud.* non convenire animadvertat ipse *Carpz. ib. n. 6.* præjudicio tamen observantiam nostri fori confirmat, quod ejusmodi pro liberis & uxore factæ expensæ inter chirographarios rejici soleant.

(e) Erogatas revera præsupponimus, & consequenter earum probationem simul desideramus, per *l. in restituenda 4 C. de pet. hered. Richter. d. c. 2. m. 4. n. 13.* non tamen adeo exactam, sed vel conjecturatum saltem, aut per Juramentum etiam expendentis. *Berl. d. c. 64. n. 92. & 93.* quo tamen haud onerandus videtur, qui ad ejusmodi impensas saltem credit, dummodo in eam causam datum & versum verisimiliter doceat, *Mavius, p. 2. d. 223.*

#### THESIS VI.

Et hisce sexto proxime cohærent (a) sumtus (b) in curationem (c) debitoris (d) ægroti impensi. [e]

(a) Cohæerere non immerito dicimus has impensas proxime prioribus, utpote non modo in textu der Ehr. S. Proc. Ordtn. d. 5. ferner nec non in *const. 28. per verb. was uff des Schuldner Begräbnis/ und in seiner Kranckheit auffgewendet.* Sed etiam de Jure communi conjunctis in *d. l. in restituenda. 4. C. d. pet. hered. ib. in mortui infirmitatem, inq; sumtum funeris, it. l. legatum 3. ib. quod in funus vel morbum erogasse. C. de relig. § sumt.* Unde etiam iisdem non immerito idem prælationis privilegium assignatum, per *d. text. § ded. Acosta d. tr. reg. 2. ampl. 1. n. 20. Neguz. p. 5. m. 2. n. 28. Richter. d. c. 2. m. 4. n. 4. § seqq. Carpz. d. c. 28. d. 43. Berl. d. c. 64. n. 94. Beuther. p. 1. c. 26.*

(b) Sumtuum autem nomine hic non tantum intelligimus ipsa medicamenta, eorum pretia, sed etiam salaria medicorum, chirurgorum & pharmacopolarum, per *ded. Moller. ad d. c. 28. n. 27. Heig. p. 2. qv. 26. n. 70. Carpz. d. c. 28. d. 43. n. 6.* Repetita tn. in priori thesi lit. c, annexa restrictione prioritatis, ad mediocres saltem, *Köppen. d. dec. 28. n. 16.* Cum pro immodicis nec hic prærogativa concedenda sit, *d. l. § si quis. §. hæc actio. 6. v. quid ergo. ff. de relig. l. nec amplius 2. ff. ad L. Falc.* Medicamenta vero dum diximus, ipso verbo excludimus condimenta & alia pharmaca in culinarij arte adhibita, cum *Beuther p. 1. c. 26. sub f. Berl. d. c. 64. n. 101.*

(c) Curationem ultimi saltem morbi, ex quo debitor ægrotus obiit, hic intelligunt *Dd. per d. l. in restituenda 4. C. de pet. hered. § l. legatum. 3. C. de relig. Heig. p. 2. qv. 26. n. 70. Rosa ad Moller. d. c. 28. n. 27. Carpzov. ib. def. 45.*

(d) Ipsius quoque Debitoris saltem, non liberorum aut uxoris curationi prærogativam concessam probant, *d. textus der Proc. Ordtn. verb. In seiner seil. des Schuldners Kranckheit. it. d. const. 28.* Prout etiam quoad utramque restrictionem de observantia judiciorum testantur *Carpz. ib. def. 44. § 45. § Richter. d. c. 2. m. 4. n. 12. vers. econtra cum seqq.*

(e) Impensam hic itidem cum effectu accipimus, ut scilicet non sufficiat liquidatio, & assertio, ejusmodi sumtus factos esse, sed accedat insuper etiam probatio necesse est, quamvis & hoc quoque casu conjecturalem saltem per recepta, & similem sufficere, eaque deficiente juramentum admitti alicrat *Carpz. ib. d. 46. Berl. d. c. 64. n. 103.*

#### THESIS VII.

Septimo (a) collectæ [b] & tributa vulgò Schoß und Steuern aliæq; publicæ exactiones, sive ordinariæ  
sive

five extraordinariæ, (c) fiveq; superiori five inferiori[d] magistratui debitæ, post illas[e] decimæ[f] annuiq; reditus[g] etiam redimibiles & similes[h] pensiones ad salaria ministrorum ecclesiæ, Scholarumq; deputatæ, tandemq; & census canonq; emphyteuticus, [i] aliaq; onera [k] realia, fundo in hærentia, collocantur & sequentib; præferuntur,

(a) Hunc septimum locum ejusmodi debitis itidem assignat *per d. text. der Ehuss. Proceß Ordtn. vers. des gleichen Schoß/ Steuern re. Carpzov. d. C. 28. d. 12. § 47.* Et videtur etiam eorum prioritas in Jure comm. fundata, *per l. 1. it. l. satis. 4. C. in quib. caus. pign. nec non l. venditionem. 1. in f. C. si propter publ. pensit.* ubi expresse & potior causa tributorum dicitur, & tacita etiam hypotheca, ipsis adscribitur, *Berl. d. c. 64. n. 105. Richt. d. c. 2. m. 5. n. 3.* Præferuntur autem debita hæc non tantum reliquis, sequenti loco & classibus positis, per verba *d. Ord. Pr. ib.* und dergleichen *onera realia* vor andern Schulden. *it. d. c. 28. verb. Schoß/ Steuer etc.* und nach diesen *re.* insimulq; antiquioribus hypothecariis *Carpz. ib. def. 54.* & quidem generaliter in omnibus debitoris bonis *per d. jura. § ded. Richt. d. c. 2. m. 5. c. 19. Carpz. l. 4. tit. 10. resp. 78.* sed etiam in cujuslibet possessoris concursu, five ipse five antecessor ejus debitum hoc contraxerit, *Id. Richt. ib. n. 12.* tum ob modo dictam tacitam hypothecam; *Neguz. p. 2. m. 4. n. 125.* tum etiam quod onera sequantur prædium, ejusdemve quemlibet possessorem, *per l. si debitor 12. C. de distr. pign. cum sim. Franzk. l. 1. resol. 3. n. 2. § seqq.* quo posteriori tamen casu, si debitor diversarum pro diversis fundis residuarum collectarum, unum quendam alienaverit, uti tunc novus & tertius ejusdem possessor huic tantummodo rei suæ emtæ adhærentia onera præstare tenetur, ita etiam de illa ipsa re tantum residua prærogativam in ejus Concursu habebunt, *per ded. Richt. d. c. 2. m. 5. n. 25.* quo etiam facere videtur, *Nov. Elect. Sax. Decis. 65.* ubi ejusmodi onera de uno in aliud prædium transferri prohibentur.

(b) Collectæ & tributa, licet a nonnullis distinguantur, quod illæ annuatim in certa quantitate, hæc vero ex arbitrio Superioris pro necessitate & casu exigente præstentur, *Meier. in Coll. Argent. ad tit. ff. de cens. rubr. de collectis. n. 1. ex Bocero. tr. de trib. c. 1. n. 18. Klock. de contr. c. 12. n. 75.* hisce tamen quantum ad prælationem attinet, pro Synonymis habenda erunt. Nec inter-

est

est porro, an Imperiales vel' circulares, aut provinciales sint collectæ, Reichs, Kreis, oder Landt, Steuer/ de quibus *Id. ib. n. 2. & seqq.* item *Klock. c. 1. n. 124. & seqq. & c. 2. n. 97. & seqq.* item quocumq; alio nomine indigentur, ut apud nos sunt, Franck- und Quatembersteuer Hufen- und Frohn-Geider/ Comerhülff Universitäten-Bestungs, Hauptfennige-Geschoss-Bruppen-Wachtgeldt etc. olimq; Contribution Servis Commis Manzion Salvagvardi-Discretion-Courtoisie-präsent-Gelder/ & similes, quarum genera superiori seculo plusquam nota, aurea pax, Dei gratia, jam nunc partim abolevit; Omnes enim & singulas tam impositas jam, quam adhuc imponendas collectas tanquam sub generali nomine des Schosse und Steuer in d. *Const. 28. & Proceß-Ordn.* comprehensas, in nostro foro sine distinctione pari prælationis Jure gaudere, non obstante, quod nonnulli contrarium statuunt, putamus cum *Carpz. d. c. 28. d. 49.* unde & generale nomen aliarum quoq; publicarum exactio-num in thesi addere non dubitavimus, moti non modo generalitate d. *Const. 28. & Ord. Proc.* quæ generaliter etiam intelligi debent *arg. l. 1. §. generaliter ff. de leg. præst.* sed ratione quoq; a conservatione rerum petita, quæ & famulis ac Curatori bonorum prælationem tribuit, per supra *ib. 4. ded.*, id quod etiam hic consideravit *Carpz. l. 4. resp. t. 10. Resp. 77.*

(c) Extraordinariis quidem, item novis, insolitis, certamque annuam præstationem non habentibus, præferentiam denegat. *Richter. d. c. m. 5. n. 32. & seqq.* Contrarium vero cum jam ante deduxerit, & præjudiciis etiam firmaverit, iisdem idem præcedentiæ jus in foro nostro adjudicari, *Carpz. d. def. 49. it. d. l. 4. resp. tit. 10. resp. 77.* haud integrum nobis visum fuit, ab observantia in judiciis Elect. Sax. recepta divortium facere.

(d) Hanc quoq; differentiam respuit generalitas prædictæ Elect. Const. & Ord. Proc. Idemque asserunt, scil. non solum Principibus supremis jus fisci habentibus, sed etiam aliis magistratibus inferioribus, puta Comitibus, Baronibus, Nobilibus, aliisque Landsassus, ut & Civitatibus, quibus tributa vel collectæ debentur, hoc privilegium prælationis indultum censi, *Carpz. d. def. 47. n. 7. Koppen. d. d. 28. n. 21. Beuth. p. 1. c. 12. & seqq. Richt. d. c. 2. m. 5. n. 27. Berl. d. c. 64. n. 113.*

(e) Decimas cum sequentibus pensionibus in nostro foro Elect. Saxon. jam nunc neutiquam cum tributis pro rata concurrere, prout olim responsum refert *Carpz. l. 4. t. 2. resp. 12. & seqq. Richter. d. c. 2. m. 5. n. 50.* sed hisce postponendas & ordinem horum onerum realium in *Ord. Elect. Proc.* observatum retinendum esse, ut scilicet prior positus sequentem puta tributa decimas, hæc quoq; cum æquiparatis reliqua onera realia bonis non sufficientibus excludant, & ordini scripturæ convenit, *Everhard. in top. loco ab ord. rubr. 2.*

n. 2. Et expresse etiam ita declaravit Seren. Sax. Elector. in d. Resol. Grav. rit. Consistorial. Sachen. §. 5. vers. wenn Geistl. und Gerichts-Herren concurren/ Diß der Bezahlung halber die Ordnung wie die Gläubiger in der Neuen Gerichts Ordnung der Reihe nach erzehlet werden/ ins künfftige gehalten werden solle. Eo solo casu excepto, quando ad bona caduca concurrunt, ubi pretium inter ejusmodi pensiones usque ad publicationem d. Sanctionis residuas pro rata distribuendum jubet, *ibid.* verb. *antecedentibus*. Daß die biß dato der publication auff wüßliegenden Güthern zurückgebliebene Gefelle pro rata und nach proportion der Schuldi-Forderung unter den Geistl. Beamten und Gerichts-Herren einzutheil. n. etc.

(f) Exsolvendæ ergo post tributa sunt decimæ d. text. in Ord. Proc. vers. als *decem*. Quod vocabulum cum generale sit, nullam etiam differentiam admittit inter decimas determinatas vel indeterminatas, personales vel reales, item de quocunque frumento vel aliis fructibus agrariis præstandæ sint; arg. d. l. 1. §. generaliter. Carpz. d. c. 54. & in Jurispr. Consist. l. 1. l. 8. def. 26. & seqq. Cumq; pro iis non solum jus prælationis, sed etiam tacita hypotheca competat, Carpz. d. def. 54. ad C. 28. n. 6. & d. c. 8. def. 28. it. l. 4. resp. 12. n. 7. post Neguz. d. p. 2. m. 4. n. 126. etiam in feudis per generalitatem d. Ord. Proc. 1. & ded. Mevii. p. 2. d. 259. Sequitur insuper & eas in cujuslibet possessoris Concursu & exigì posse, & prælationem habere, *id.* Carpz. d. c. 8. d. 28. non secus ac tributa, cui in hoc tertio æquiparantur, Neguz. d. l. 1. unde & supra lit. e. dicta huc quoq; applicanda brevitate studio reperita volumus.

(g) Annuos redditus etiam redimibiles eodem jure gaudere probat text. der Churfl. Proceß. Ordn. d. l. vers. in verb. item, Jährliche Zinsen von wiederkäuffl. Haupt Summen. Carpz. d. def. 54. nec immerito, cum non modo hisce a Seren. Elect. Sax. parili prælationis Jure donati, sed etiam tacita hypotheca jam antea quoq; muniti fuerint, Carpz. *ib.* it. Hartm. Pift. obs. 69. n. 1. Richt. d. c. 2. m. 6. n. 14. Sande Decis. Fris. l. 3. t. 12. def. 8. Nec interesse putamus, quantum ad prioritatem, an reales, an personales, de quorum differentia Franzk. l. 1. ref. 1. n. 43. *id.* Struv. Ex. 27. 1b. 58. aut de quibus bonis exsolvendi sint, cum etiam ex feudalibus constitui solere, & tunc inibi quoque præferri, observantia doceat, generalitas etiam supra d. sanctionis, simulq; jus hypothecæ id exigat. Cum vero in d. Ord. Proc. tantummodo reddituum der Zinsen von wiederkäuffl. Haupt Summen mentio fiat, quæritur, an etiam fors vel capitale simul eandem prærogativam habeat? Id quod merito affirmat, Salg. in lab. p. 1. c. 19. n. 15. & seqq. & extat etiam in nostro foro post alia passim obvia præjudicia recens adhuc judicatum supremi Elect. Sax. Appell. Judici, in Concursu Präsen-Mottervizensi, ubi lau-

E

dabi-

dabiliss<sup>te</sup> Universitati nostræ Wittebergenſi pro ejusmodi sorte quoq; redimibili simul cum annuis redditibus & interesse prærogativam ipse obtinui.

(h) Similium pensionum nomine hic eas saltem intelligimus, quæ pariter ad salaria ministrorum ecclesiæ Scholarumq; vel alias pias causas præstandæ veniunt, uti sunt missales, die Opfer, Pfennige/nummi mansuales, die Hüffner/ item Heusel, Groschen/ panes etiam, & alia ejusmodi accidentia pro loci consuetudine dari solita, de quibus *Carpz. in Consist. l. i. tit. 7. def. 102. & seqq.* unde & d. generalem clausulam adjunximus verbotenus expressam in sæpe *d. Ord. Proc. §. ferner, vers.* und was uff den Güttern zu Besoldung der Kirchen- und Schul- Diener/ oder andern milden Sachen zu entrichten.

(i) Censum & canonem emphyteuticum die Erb, Zinsen, non exprimit quidem modo *d. Ord. Proc.* Ad onera realia tamen cum iidem indubitato pertineant, eaq; interco numerentur. *Carpz. d. def. 54.* prout etiam quotidie in prima classe simul adjudicantur, testantibus ab eodem, & apud *Richt. d. c. 2. m. 5. n. 50.* allegatis, alibiq; passim obviis præjudiciis, Jure merito & eos quoq; huc collocavimus.

(k) Onera realia demum in genere adjungimus ex præscripto *d. Ord. Proc. in verb.* und dergleichen/ *onera realia.* Quibus inclusos putamus cæteras præstationes de prediis aut eorum intuitu dominis debitas, uti sunt Korn- Vächte/ Zinns- Getreidicht/ Dienst- und Frohngeldt/ & similes quarum nomina, cum pro varietate locorum variant, vix possibile est, omnes enumerare. Et huc inter alia etiam referuntur sumtus processuum criminalium, die Peini- Unkosten oder Henckergeldt/ *Heig. p. 2. qu. 23. n. 15.* *Carpz. d. c. 28. d. 49. n. 5. it. in crim. p. 3. qu. 138 n. 83.* non vero laudemia secundum eundem *ib. d. 53.* nec decimæ detractionis, Abzugsgeldt. *Mev. p. 2. dec. 161.*

#### THESIS VIII.

Tandemq; (a) claudit primam hancce classem pecunia (b) hereditaria (c) hoc ordine tam coheredi (d) ex bonis immobilibus divisis, quam ex emtis venditori (e) distinctis terminis (f) solvenda.

(a) Ultimum hoc primæ classis privilegium esse, ex textu der *Proceß-Ordn. d. t. & §. in f. verb.* und dann das Erbegeldt. patescit, unde & octavum locum eidem assignat *Carpz. d. d. 22. n. 2. & postremum Berl. d. c. 64, l. n. 4. ibi. postremo in hac classe.*

Hare-

(b) Hereditariae vero pecuniae ipsimet dum hic in *d. Ord. Proc. & concordante Const. 28.* praerogativa assignatur, palam est, privilegium ejus non personale sed reale esse, adeoque & emtori vel cessionario, ejusdem competere, per *ded. Carpz. d. c. 28. d. 57.*

(c) Hoc quoque ordine scilicet post onera realia exsolvi illam debere itidem innuit. *d. Ord. Proc. ib. in verb. Und dann. Carpz. ib. def. 56. It. Berl. d. l. Richter. d. c. 2. m. 7. n. 1.* Quod si vero creditor eandem, postquam dies cessit, in mutuum converterit, vel usuras a debitore acceperit, aut e contra non exegerit, cum bene consequi potuisset, tunc privilegium expirat, & praelatio denegatur, per *Nov. Elect. Decis. 7. §. 1. si hominem. 7. §. 2. ff. de pos. §. 1. si ventri 24. §. in bonis 2 ff. de reb. aut. Jud. poss. cum simil. Carpz. ib. def. 59. 60. §. 61. §. p. 3. c. 21. def. 16. Richt. ib. n. 10. §. 16.*

(d) Hancce tantummodo pecuniam, quae coheredi familiae herciscundae judicio solvenda est, proprie hereditariam dici, cum in ipso textu der *Chur-Sächs. Proc. Ordtn. d. t. §. fin.* explicetur, *in verb. Es wird aber Erbgeldt vornehmli. und proprie genennet/was man der Erben einen aus gemeiner Heredität vor oder nach beschehener Theilung zu seinen Antheil heraus zu geben schuldig ist.* Ulteriori declaratione merito supersedemus. Brevibus tamen exinde ut & ex concordante *Const. 21. p. 3.* notandum, tria requiri, ut pecunia proprie hereditaria dicatur; 1. ut heredi a coherede ex rebus hereditariis praestetur, 2. ut solummodo ex immobilibus, non mobilibus debeatur, & 3. ut absq; praecedente venditione, ex causa divisionis coheredi pro sua portione assignetur. per *d. const. 21. p. 3. ibiq; Carp. def. 8. 4. §. 15.*

(e) Ex emtione venditione vero quae debetur, was man von einem verkaufften Guthe von Jahren zu Jahren in weniger und geringer Anzahl abzulegen pfleget/uti id explicat *d. Ord. Proc. ib. inf. minus* proprie quidem hereditaria pecunia dicitur, nihilominus tamen in foro nostro pari praelationis jure donata est in *d. Ord. Proc. vers. fin.* doch soll es gleichwohl nichts minder auch von den Gelde verstanden werden/welches man von einem verkaufften Guthe etc. proindeq; & haec etiam hered. pecunia sine distinctione in hac prima classe assignatur, *Carpz. d. c. 28. d. 56. n. 5.* Uti autem supra inter caetera pecuniae hereditariae proprie sic dictae requisita praepriis consideravimus, ut ab ipso coherede adhuc debeatur, & solvenda sit; ita hanc quoq; improprie sic dictam ad solum emtorem, ejusq; Concursum restringimus. Utrouq; enim casu, bonis ejusmodi in tertium alienatis, cum a novo possessore amplius exigi nequeat, *Ranchb. p. 1. qv. 6. n. 8. Hartm. Pist. obs 142. n. 6.* deficiente scil. hypotheca, quae pro eadem in Jure concessa nullibi reperitur, teste *Carpz. l. 4. tit. 2. Resp 15.* Utiq; & praelationis privilegium tanquam accessorium simul expiret necesse est, *arg. c. accessorium. 42. X. de R. I. in 6, Berl. d. c. 64. n. 119. Richt. d. c. 2. m. 6. n. 12.*

(f) Pecuniæ hereditariæ tantummodo distinctis terminis solvendæ, dum privilegium adscribitur, in d. Ord. Proc. per verb. von Jahren zu Jahren/ in weniger u: d geringer Anzahl. Duo exinde videntur inferenda 1. privilegium hoc non competere paratæ pecuniæ, dem Angelde/ Carpz. d. c. 28. d. 58. & 2. non mutari terminos & intervalla solutionis ex Jure præcedentiæ, per ded. ejusd. ib. def. 62.

### THESIS IX.

Et in hac classe positi creditores non pro rata, (a) nec secundum temporis (b) prærogativam, sed quilibet ordine (c) hucusq; deducto præfertur, & quidem inter primos dominium vindicantes (d) si plures concurrant, cuiuslibet res sua, ab omnibus intermedio tempore impositis hypothecis libera (e) assignatur. Nec non secundorum (f) & tertiorum unicuiq; de sua tantum re, vel hypotheca, reliquis (g) vero de universa debitoris communis substantia satisfieri debet.

(a) Licet alias privilegiati pro rata concurrant, in l. privilegia. 32 ff. de reb. aut jud. l. idemq; 7. ff. qui pot. in pign. Restrigitur tamen hoc ad personaliter saltem privilegiatos & ejusdem simul tituli, Dyn in c. qui prior. 54. de R I in 6. Beust. ad l. admonendi. 31. ff. de Jurej n. 68. vers. sed quando. Adeoque ad ejusmodi privilegiatos prælationis simul jure, partim etiam hypotheca munitos extendi nequit. Carpz. d. c. 28. d. 12. n. 6.

(b) Temporis etiam prærogativa solummodo hypothecarios concernit, l. assiduis 12. C. qui pot. in pign. l. quamvis. 1. C. de jure fisci. Id. ib. n. 10. Berl. d. l. n. 130. prout etiam supra jam th. 1. l. b. monitum.

(c) Secundum ordinem igitur deductum quemlibet collocari debere, & priorem excludere sequentem, exinde consequitur, & confirmant etiam post hucusque passim allegata. Id. Carpz. d. def. 12. Berl. ib. num. 125. Rit. d. c. 2. in summ. n. 1.

(d) Dominium vindicantium cuiuslibet rem suam adhuc extantem re-  
litui, non ex annotatis modo ad th. 1. abunde patescit. Sed exinde etiam  
sequi-



sequitur, quod re amplius non extante prioritas quoque in reliquis bonis simul expiret, creditorque in quartam classem personaliter privilegiatorum rejiciendus sit, *per ded. ead. tb. l. d. & infra c. 5 pluribus deducenda.*

(e) Hypothecas in termedio tempore impositas tunc expirare, & rem ab illis liberam ad dominum redire, quando res aliqua ex causa necessaria restituenda venit, probant non modo vulgatæ regulæ: Resoluto jure dantis resolvitur jus accipientis, it. sublato principali contractu accessoria quoque corruunt, *l. cum principalis. 178. ff. de R. I. ibiq. Dd.* Sed urgent etiam quamplurimi textus, ut in *l. si res. 3. ff. quibus mod. pign. & hyp. solv. ibi: finire pignus si melior conditio fuerit allata. it. l. si ex duobus. §. sed & Marcellus 2. ff. de in diem addict. ubi idem repetitur, concordat l. lex vegetali. 31. ff. de pignor. ibi si jure suo dominus usus esset, etiam pignoris jus evanuisse, it. l. grege. 13 §. statu. 1. ff. eod. l. Statius 48. ff. de Jure fisci. l. 1 & 2. C. si pignus pign. dat. sit. cum simil. Confirmant insuper Garfia Tr. de hyp. post. contr. n. 5. Fontanell. de pact. nupt. tom. 2. claus. 5 gl. 8. p. 3. n. 72. Franchis decis. 64 n. 4. Neguz. de pign. p. 5. membr. 1. n. 44 & seqq. Pinell. ad l. 2. C. de resc. vend. p. 2. c. 3. n. 23. & seqq. Carpz. p. 2. decis. 195. Brunnem. ad d. l. lex vegetali. 31. ff. de pign. n. 2. Omnium vero accuratissime Acoſta in eleganti Tr. de priv. cred. in præf. ad reg. 1. ut & 12. ampliationibus seqq.*

(f) Dominium uti non nisi rem suam, scil. domini propriam afficit, per supra ded. ita & hypotheca rem hypothecatam non excedit, cum quodlibet onus vel jus reale rei tantum eodem affectæ & oneratæ adhaereat, *arg. d. l. 12. C. de distr. pign. & simil.* Proinde & hi creditores dominium vel hypothecam prætendentes rei saltem suæ vel sibi hypothecatæ non immerito alligantur, eaque non amplius extante, aut non sufficiente, privilegio quoque prælationis exuuntur, ad instar depositariorum in depositum consumptum exigentium, *supra tb. l. d. & e.*

(g) Reliqua in hac scil. prima classe *tb. 4. 5. 6. & 7.* posita debita ex universis debitoris bonis exolvenda esse, generalitas Sanctionis Elect. evincit, & probatum est etiam supra *tb. 7. lit. a.* Differentia tamen nihilominus adhibenda, inter ea, quæ feudum, & quæ saltem allodium afficiunt, qualia postrema regulariter esse mercedem famulorum, impensas funebres

& in curationem debitoris factas jam supra *tb. 4. l. b. tb. 5. l. a.* deduximus, quæ etiam iccirco ad ea saltem bona assignanda veniunt, *per itidem ded. c. 1. tb. 7.*

*l. a. & c.*

SECUNDA CLASSE CREDITORUM,  
PRÆTER TACITAM HYPOTHECAM EX PRIVI-  
LEGIO QVOQVE PERSONALI JUS PRÆLA-  
TIONIS HABENTIUM.

THESIS. I.

In hac Classe quatuor (a) Creditores occurrunt, nim. Mulier (b) Fiscus, (c) qui ad refectionem, & qui ad emtionem prædii cum reservatione hypothecæ pecuniam mutuo dederunt. (d) Qui tamen non secundum hunc ordinem, sed prout quisq; prior tempore, & primo jus hypothecæ consecutus est: (e) In dubio vero (f) primo uxor (g) ratione dotis, postea pupilli (h) qui forsan ad refectionem vel emtionem domus mutuaverunt, deinde Fiscus (i) & tandem reliqui (k) collocandi sunt.

(a) Quatuor hosce Creditores expresse denominat *Ord. Proc. Jud. l. 43.* & sub eisdem titulos redigit etiam *Carpz. d. c. 28. d. 63. n. 1. it. Richt. d. tr. c. 3. in summ. n. 2.* Rationem autem quod reliquis clasibus præferantur, quidam exinde deducunt, quod duo vincula scil. tacitæ hypothecæ & Juris prælationis plus ligent quam unum, *Nov. 8. c. 1. Nov. 84. Nov. 118. c. si igitur. 3. & auth. itaq; C. comm. de succ.* item quod plures rationes vincant unam §. *sed bodie. 2. Inst. de adopt. l. 24. conjunctim 80. ff. de leg. 3.* sed nos circa hanc quæstionem in sola principis voluntate, utpote a qua etiam utraq; vincula dependent, acquiescendum putamus. *arg. l. quod principi. 1. ff. de const. priv.*

(b) Mulierum conditionem in multis Juris articulis, deteriore esse, quam masculorum Jctus quidem *l. in multis. 9. ff. de statu hom.* asserit, Imperator Justinianus tamen, instinctu, ut Dd. putant, Theodoræ suæ, eisdem tam multa contra Juris communis quoque regulas concessit, *arg. l.*

*cum multa. 20. C. de donat. ante nupt. l. donationes. 26. C. de don. inter vir. & uxor. l. un. C. de rei ux. act. l. maximum. 4. C. de lib. præter. l. assiduis. 12. C. qui pot. in pign. cum simil. ut Baldus Novellus de Bartholinis ultra 261. privilegia muliebria, inter quæ certe jus prælationis cum tacita hypotheca haud postremo loco ponendum, tr. de privil. dot. recenseat. De hoc autem cum in thesi sequenti fusius agetur, hic nomen saltem tetigisse sufficiat.*

(c) Fiscus regulariter ad summum principem pertinet, *arg. l. Prætor. 2. §. hoc interd. 4. ff. ne quid in loco publ. unde & confiscationes soli Imperatori tanquam regalia reservata, per t. t. ff. & C. de jure fisci. it. c. un. Qua sint regalia. 2. F. 56. Hodierni vero seculi usu non modo inferiores quoque Principes, item Comites & Barones, vel ex concessione, vel præscriptione regalia usurpantes, Paurmeist. de Jdicit. Rom. l. 2. c. 4. n. 42. sed etiam civitates & alii, magistratus merum imperium tamen habentes, siue superiorem recognoscant siue non, eodem Jure fisci gaudent, Peregrinus de Jure fisci. l. 2. p. 2. c. 1. n. 56. Köpp. d. q. 28. n. 21. Wosemb. ad t. ff. de Jure fisci. n. 4. inf. Richter. d. c. 3. sect. 2. n. 2. Mavius ad jus Lubec. 2. t. 2. a. 14. n. 58. & seqq. & allegati ab eisdem. Unde & nomen fisci ab ærario antea distinctum, jam nunc promiscue pro pecunia ad conservationem reip. vel alios usus publicos destinata, usurpatur, Siruv. ad tit. ff. de Jure fisci. Exerc. 50. th. 32. Carpz. ibid. def. 102. num. 7. Quando autem & quatenus fisco prælationis jus competat, infra th. 3. latius deducetur.*

(d) De reliquis hisce duobus creditoribus ad reficiendum vel emendum pecuniam dantibus cum circa nominis notationem, quam solum resp. priorem hic præmittere constitulumus, nihil speciale occurrat, quæ de cætero dicenda restant, itidem inferioribus thesibus reservamus.

(e) In hac secunda classe neutiquam ordinem scripturæ attendi, ut in prima, sed priorem tempore & hypotheca regulariter posteriori præferri, expresse sancitum est, in *Ord. Proc. Jud. Sax. d. t. 43. §. Wann sie. ibi Wann sie aber mit einander concurriren/hat sich keiner wider den andern seines Privilegii zum Nachtheil dessen/der zu vorhin eine dingliche Gerechtigkeit erlangt/ zugebrauchen/sondern es wird alleine auff das dingliche Recht/ welches sie haben gesehen/ und derowegen der Zeit und Ordnung nach/ wenn einer nach den andern solch Recht überkommen/ befriediget. nec sine ratione, cum privilegiatus contra pariter privilegiatum privilegio suo non utatur, & de cætero æqualia pignoris Jura habentes recte secundum prioritatem temporis collocentur, l. potior. 11. & l. ult. ff. qui pot. in pign. Unde & antea quoque, idem de Jure comm. obtinuisse senserunt, Dd. allegati & Carpz. d. c. 28. d. 63. Richt. de c. 3. sect. 1. n. 2. & seqq. Berl. d. c. 65. n. 155.*

(f) In dubio vero casu, quando scilicet non constat, cujus hypotheca  
vel

vel jus reale sit anterius, tunc ordinem in thesi annexum observandum esse eundem disponit *d. Ord. Proc. §. f. in verb.* Wann man aber etc. ib. soll in solchen Zweifel erst. Das das Ehemelbthres eingebrachten Eh: g: ldes/ folgendis die Mündlein/ und zum dritten der fiscus seiner Schulde bezahlet werden/ die folgenden aber werden einander gleich gerechnet. *Vid. etiam Carpz d. Def. 63. n. 6. it. Berl. & Richt. loc. cit.*

(g) De uxoris prælatione vide thes. seqq.

(h) Sub debitis pupillorum hic loci nullam aliam, quam ad refectio- nem vel emtionem ædium mutuo datam pecuniam intelligendam esse, exinde patet, quod in *d. Ord. Proc. §. preced. wenn auch. it.* also wann ei- ner. ejusmodi saltem creditorum facta fuerit mentio, sequens etiam *§. in verb.* Die in diesen titul erzehlte Gleubiger. item in f. unter denen Gleubi- gern. 2c. se expresse ad antea dictos creditores referat, & insuper quoque pupillis pro residuo tutelari tacita saltem hypotheca sine prælationis pri- vilegio competat, *per infra c. 4. suo loco deducenda, unde & hanc expli- cationem in thesi merito adjecimus secuti eundem Carpz. d. def. 63. it. Berl. d. c. 65. n. 156. Beurh. p. 2. c. 28. Richt. d. l. n. 5.*

(i) Fiscum in dubio, etiam de Jure comm. postponi contraque eum fa- cile responderi patet, *ex l. non puto. 10 ff. de Jure fisci. Peregr. de Jure fisci. l. 6. t. 6. n. 23.* rationem addit *Brunnem.* quod præsumatur ex tacita volun- tate commodum privatorum præponere suo proprio commodo. *ad d. l. 10 n. 1. vid. Everb. in top. loco an fisco ad dot. 62. n. 4. Neguz. p. 2. m. 4 n. 117. & seqq.*

(k) Reliquorum nomine, non sequentium classium, sed ejusdem causæ creditores, qui scilicet pariter ad emendum vel reficiendum muta- runt, hic comprehendi illosq; tam fisco quam pupillo ut fortius privile- giatis postponi, & contextus evincit, & probant etiam *Carpz. d. def. 63. n. 7. post Wesemb. ad t. ff. de priv. Cred. n. 6. post pr. ibi: ut in dubio mulier præ- feratur fisco, fiscus privato.*

## THESIS II.

Uxor (a) itaq; vel vidua (b) in bonis (c) mariti, (d) om-  
nibus (e) ejusdem (f) creditoribus, ante-  
riorem (g) tamen expressam (h) hypothecam  
non

non habentibus, tam quoad dotem (i) & ejus augmentum (k) quam respectu dotalitii (l) præfertur, (m) dummodo tamen & constitutionem dotis (n) & realem ejusdem illationem (o) legitime probaverit (p) nec eam marito jam antea obærato dolo (q) intulerit, aut privilegio renunciaverit, (r) vel ob alias (s) causas eodem indigna inveniatur.

(a) Postquam mulieribus in genere, per text. der Churf. Proc. Ordtu. d. r. 43. in pr. verb. Die Ehe weiber. ut & C. 18. p. 2. ibi: Des Schuldners Ehe weib. it. in l. assiduis. 12. C. qui pot. in pign. adeoq; non solum defuncto, sed etiam vivente & ad inopiam vergente marito, per l. ubi 29. C. de jure dot. & seqq. aliisque nonnullis casibus relatis, ab Henel. tr. de dotalitio. c. 7. §. 18. tam exactio dotis l. si constante 24. in pr. ff. solut. matr. quam jus prælationis competit, per modo d. Jura & ded. Rauchb. p. 1 qv 33. Moll. ad d. c. 28. num. 63. Berlich. d. c. 65. n. 37. Carpz. ib. def. 69. & 93. Richter. d. c. 3. sect. 1. n. 52. Uxori utique non secus ac eidem viduæ factæ illud assignandum fuit. Uxoris autem nomine eam tantummodo intelligimus, quæ matrimonium cum marito tam per copulationem sacerdotalem, quam consensionem thalami consummavit, arg. Const. Elect. Sax. 19. p. 3. ibiq; Carpz. def. 2. & seqq. licet concubitus vel ex conventionem vel extrinseco quodam impedimento interveniente statim secutus haud fuerit, Id. ibid. d. 5. & Moller. ibid. n. 2. Berlich. p. 3. concl. 15. n. 33. & seqq. Id quod etiam in aliis regnis & provinciis observari testantur, Maynard. decis. Tholos. l. 4. d. 54. n. 2. Argentr. in consv. Brit. c. 429. gl. 3. Henel. d. tract. c. 4. §. 3. & 4. Proindeque sponsam nondum copulatam nec thorum conjugalem ingressam a prælationis jure excludi consuetarium est, per a C. & ded. Carpz. Berl. locis cit. Cum nec dos ante matrimonium esse possit, l. dotis 33. ff. de jure dot. & ideo etiam frustra ejusdem privilegium urgeatur. per l. nihil. 129. §. fin. l. cum princ. 178. ff. de R. J. postquam non entis nullæ qualitates sunt, l. esse. nim. 2. ff. de usufr. l. locatio. 4. ff. locati. Carpz. ad C. 24. p. 2. d. 5. post Hart. Pist. obs. 119. num. 7. & 8. Casus tamen nonnullos exceptos videre licet apud eund. Carpz. ad suprad. c. 19. d. 7. Berl. ib. n. 37. & seqq. Henel. ib. §. 7. 8. & seqq.

(b) Viduæ ergo post mortem mariti perinde ut uxori eo vivo, idem jus prælationis attribuitur, per generalitatem d. Ord. Pr. & Const. 28. nec

F

non

non *ll. & Dd. supra alleg.* Sed num etiam heredibus ipsius? De liberis nepo-  
ribusq; nullum dubium est, *per d.l. assiduis. 12. C. qui pot. in pig. & auth. si  
quid C. 00d. Auth. quod obtinet. f. C. de pign. Nov. 91. in pr. & c. 1. Carpz. ib. c. 96.  
Berl. d. concl. 65. n. 89 Schneidew. ad § fuerat. 29. J. de act. n. 68. Richt. d. c. 3. Sect.  
1. n. 84.* præsertim cum & matribus ipsis, liberorum potissimum intuitu,  
prælatio hæcce collata fuerit, *arg. l. dotium 1. ff. sol. matr.* Unde & illi, cum  
noverca dotem posteriorem exigente concurrentes, eidem præferuntur,  
*per text. in d.l. assiduis. 12. §. exceptis. 2. it. Nov. 91. c. 1. Carpz. ib. def. 97. & ab  
eo allegati.* Ad Collaterales vero vel ascendentes aliosq; extraneos heredes  
sive statim uxori, sive liberis demum succedant, personalissimum hoc jus  
neutiquam porrigitur, *per text. expr. in d. Nov. 91. pr. it. l. un. C. de priv. dot. it.  
d. § fuerat. 29. J. de act. & d.l. assid. Carpz. ib. d. 95. & 98. Berl. d. c. 65. n. 90. Richt.  
d. c. 3. §. 1. n. 85. imo nec ad liberos posterioris matrimonii per d. ll. & ded. Berl.  
d. c. 65. n. 91. & 93 ab eod. alleg.* cum nec superioribus hereditario, sed potius  
filiationis saltem sive sanguinis & intimæ connexitatis jure concessum fue-  
rit, *in d. ll., & per ded. Carpz. d. def. 96. n. 9.* Quocirca nec cedi illud posse  
consequitur, cum non sint cessibilia, quæ non sunt ad quosvis heredes  
transmissibilia *Id. Carpz. d. def. 95. n. 6. & seqq. It. Berl. d. c. 65. n. 105. & Acosta  
d. tr. de priv. cred. reg. 2. ampl. 6. n. 118 aliiq; ab eis alleg.*

(c) Bonorum mariti dum in genere mentionem facit *text. Der Ehur-  
Sächs. Proc. Ordtn. d. c. 43 pr. verb. in ihrer Ehemänner Güthern.* palam  
est privilegium hocce prælationis in omnibus locum habere, adeoq; nec  
feudalia excludi. In subsidium vero ea demum teneri, si scil. uxori ex al-  
liodialibus vel pretio feudi venditi satisfieri nequeat, declarat *Const. Sax.  
El. 25. p. 2. vers. Ullene wo sichs begeben.* Cujus dispositio etiam repetita le-  
gitur *in d. Ord. Proc. Jud. tit. 45. §. Jedoch. Carpz. d. c. 28. d. 70 n. 1 & d. c. 25. p.  
2. d. 2. n. 1. it. tr. de oner. Vas. feud. dec. 3. pos. 2.* qua subsidiaria tamen actione  
etiam eo saltem casu opus erit, quando dotalitium cum expesso Domini  
consensu nondum constitutum est, *per eund. text. d. Const. 25. p. 2. & Ord.  
Proc. d. §. jedoch. verb. sie auch zuvor nicht beleibgedinget. Carpz. d. c. 25. d.  
2. n. 3.* alias enim illius vigore etiam non excussa hereditate statim inter  
feudales creditores uxor referenda & præferenda erit, *§. so wollen wir.  
vers. also auch. de quo infra c. seq. ib. 3* pluribus agetur.

(d) Ad bona mariti tamen prælatio hæc non immerito restringitur,  
*per d. text. Der Pr. Ordtn. verb. in ihrer Ehemänner Güthern. & supra cit.  
ll.* unde nec successoris propria, *Mevius p. 5. dec. 25.* nec fidejussoris pro  
dote forsitan dati bona afficit, *Id p. 3. dec. 326.* Sed an etiam in mariti mino-  
ris bonis locum habeat sine decreto? Affirmativam sequitur *Simoncell. tr. de  
decret. lib. 2. tit. 5. n. 1. & seqq. per l. mutus. 36. ff. de Jure dot. l. in conditionibus,*

29. ff. de cond. & dem. l. sed hic 2. ff. de reb. eor. & text. in l. asfiduis. 12. C. qui pot. quam etiam contra dissentientes defendit, Acoſta d. tr. de priv. cred. reg. 2. ampl. 6. n. 11. & ſeqq. poſt ibi alleg.

(e) Omnibus ſcil. hypothecariis, per text. der Proc. Ordtn. in pr. verb. vor allen andern Gläubigern/ ſo nicht ältere ausdrückliche hypothecas haben/ non vero in pr. ori claſſe poſitis, utpote qui omnes in hac & ſeqq. claſſibus collocatos excludunt, per ibid. ded.

(f) Ejusdem etiam ſcil. mariti creditoribus ſaltem præfertur non vero antecessoris, quando ſcil. maritus in hujus bona ſucceſſit, & ſeparatio legitime impetrata fuerit, per ſupra c. 1. ib. ſin. l. b. ded. & Mev p. 4. deciſ. 178. Raucbb. p. 1. qv. 38. n. 47. Berl. d. c. 65. n. 36.

(g) Ante omnia præſupponendum hic eſt, jus hoc prælationis & tacitæ hypothecæ in foro Ele& Sax. incipere a tempore conſummati per copulationem ſacerdotalem matrimonii, Conſt. El. 24. p. 2. ib. Proceß Ordtn, d. t. 43. §. welch der Welber Recht. ibi: welch Recht von Zeit der vollzogenen Ehe/ und wenn der Ritzgang oder copulation geſchehen/ ſeinen Anfang gewinnet/ Moll. ad d. c. n. 1. it. Carpz. def. & def. 10. ad c. 19. p. 3. poſt Hartm. Piſt. d. obſ. 110. n. 4. ſive antea ſive poſtmodum dos illata fuerit per text. ejusdem Conſt. 24. p. 2. verb. iedoch wann die Mitgift folgendes oder zuvor würcklich einbracht/ Carpz. ib. d. def. 1. n. 8. Berl. p. 2. concl. 31. n. 19. Richt. d. c. 3. ſ. 1. n. 15. Adeoq; ea demum anterior hypotheca dicitur, quæ ante dictam ſacerdotalem copulationem extitit. De tacita itaq; ejusmodi anteriori, quod uxori nihilominus poſtponatur, & apud nos per d. text. der Ehr. Sächſ. Proc. Ordtn. tit. 43. per verb. daß ſie darmit denen Gläubigern/ ſo vor ihnen eine ſtilſchweigende Verpfändung erlanget/ vorgehen/ & de Jure comm. quoque extra omnem controverſiam eſt, per ded. §. fuerat. 29. Inſt. de action. l. in rebus 30. C. de jure dot. l. asfid. 12. C. qui pot. in pign. Nov. 97. c. 3. cum ſimil. Quoad expreſſum vero anteriorem jam olim diſputatio extitit inter Bulgarum & Martinum, teſte Accurf. in d. l. asfid. a modernis præfertim. Gail. & Mynſ. iterum reſuſcitata, quorum illi mulierem ejusmodi prioribus hypothecis poſtpoſuerunt, alteri autem non ſecus ac tacitis præferendam cenſuerunt, uti videre licet, ap. Gail. l. 2. obſ. 25. & Mynſ. l. 4. obſ. 13. Inter quos, licet Martini Mynſingeriq; & ejus aſſeclarum opinio generalitati d. l. asfid. aliorumq; jurium convenientior videatur, per trad. ab iſdem, ut & Fachin. l. 3. controu. c. 99. & Carpz. d. c. 28. def. 65. quam etiam adhuc in Pomerania receptam teſtatur Mev p. 3. dec. 326. n. 1. item in Sileſia & aliis regionibus. Henel. d. tr. de jure dotalit. c. 7. §. 13. Æquior tamen Bulgari ejusq; ſequacium ſententia tandem ita prævaluit, ut jam pro communi habeatur, Faber. in C. l. 4. t. 8. d. un. Moll. ad d. C. 28. n. 33. Auth. Conſ. Sax. l. 1. qv. 8. n. 34. unde & a Ser. El.

Sax. d. c. 28. p. 1. jam olim recepta, & in d. Ord. Proc. expresse confirmata fuit, ib. per verb. aber gleichwohl nicht denjenigen/so zuvor ausdrücklich Pfand-Recht haben/ vorgehen/ darumb sollen sie auch ihres Heyraths-Guths/ vor allen andern Gläubigern/so nicht ältere ausdrückliche hypothecas haben/befriediget werden. De cuius observantia etiam testantur Carpz. ib. def. 64. Köppen. d. 28. n. 32. Richter. d. 3. sect. 1. n. 6. Berl. d. c. 65. n. 4. aliq; passim.

(h) De expressis hypothecis & quomodo legaliter constituentur, infra c. seqq. ib. 5. agatur, hic vero saltem monendum adhuc fuit, quod inter eas, per ibi pariter deducenda, etiam arresti & executionis Jura realia referantur, quocirca & iisdem [anterioribus] mulierem postponi consequens est, ad stipulante, Carpz. ib. d. 66.

(i) Duplicia perhibentur uxorum bona, dotalia, & paraphernalia, l. si mulier. fin. C. de pact. conv. tam super dote & c. quibus utrisq; marito illatis, tertiam speciem mulieri reservatorum scilicet, & marito non traditorum, adjicit König. in proc. tit. de tutela. rubr. maritus an nomine ux. agat. in f. quam etiam agnoscit Carpz. d. c. 28. d. 90. n. 3. Prælationis itaq; privilegium neutiquam omnibus hisce, sed tantummodo dotalibus bonis competit, per text. der Ehur. Sächs. Proceß. Ord. d. c. 43. in pr. verb. wegen ihres eingebrachten Ehegeldes oder Heyrath-Guths & c. item paulo post. Datum sollen sie auch ihres Heyrath-Guths etc. concordante d. l. assiduis. 12. C. qui pot. in pign. cum simil. Carpz. d. c. 28. d. 86. & 87. reliquis ad classem vel dominium vindicantium, si res adhuc extant, vel hypothecariorum remisissis, secundum eand. Ord. Proc. ib. §. was aber. & Carpz. d. locis. Berl. d. c. 65. n. 63. & seqq. Richt. d. c. 3. f. 1. n. 96. & seqq. Inter dotalia vero bona non ipsa tantummodo dos, marito, ad sustinenda matrimonii onera, data, l. l. si pater. 76. ff. de Jure dot. l. pro oneribus. 20. C. eod. sive in pecunia numerata vel nominibus sive aliis bonis vel mobilibus vel immobilibus consistat, Struv. ad t. ff. de Jur. dot. Ex. 30. tb. 6. Henel. d. tr. de Jure dotalic. c. 5. §. 1. & seqq. sed etiam dona nuptialia referuntur, quorum dimidia proinde mulieri competens pari prioritate gaudebit, teste Carpz. ib. d. 88. it. Rosa ad Moll. c. 22. p. 3. n. ult. Berl. p. 3. c. 32. n. 16. Richt. d. c. 3. f. 1. n. 80. utraq; in natura scil. vel specie, si adhuc extant repetendi reddenda, quæ etiam acceptare tenetur nec pecuniam pro nomine vel re exigere potest, per ded. Carpz. p. 3. c. 20. def. 32. prout quoque in Concursu Bunau-Pischvizensi anno 1658. daß die Witbe ihr eingebrachte Cammer obligation an statt bahrer Zahlung wieder anzunehmen schuldig/ Judicatum & postea term. Martini ejusdem anni in Appel, Inst. confirmatum memini.

(k) Aug.



(k) Augmentum dotis, alias additamentum, *l. etiam si. 8. C. de Jure dot.*, ut incrementum, *l. quod. 2. C. de dot. caut. non num.* cum sit accessio & pars dotis, de quibus idem Judicium ferendum, *c. accessorium. 42. de R. I. in 6. & l. qua de tota. 76. ff. de rei vind.*, non immerito eodem quoque Jure censetur, *d. l. etiam si. 8. ut l. inter sacerum. 26. § 2. ff. de pact. dot. Nov. 97. c. 3. Brunus de augmento concl. 5. in pr. Camp. de dote. p. 1 q. 77. n. 1. Carpz. d. def. 64 n. 5. Richt. d. c. 3. f. 1. n. 48. Berl. d. c. 65. n. 28.* Id quod tamen, uti nulla præcedente dotis constitutione non debetur, *Faber. in C. l. 5. t. 2. d. 7. May. p. 5. decis. 62.* ita nec prælationem eo casu habebit.

(l) Differunt donatio propter nuptias & dotalitium exinde, quod in illa dos salva maneat, in hoc autem regulariter absorbeatur, *per ded. Carpz. d. c. 28. def. 93. n. 4. & 6. post Hartm. Pist. l. 1. qv. 4. n. 20. Rauchb. p. 1. qv. 30. n. 22.* quapropter etiam illius respectu tanquam de lucro captando certans, uxor, nisi expressam de super hypothecam impetraverit, inter chirographarios referenda venit *per text. d. Ord. Proc. t. 43. §. so viel dann. cum seqq. Carpz. d. c. 28. d. 91. it. p. 2. C. 24. d. 6.* Dotalitium autem, cum in dotis locum surrogatum, eidemque dos immixta sit, *per C. Elect. 42. p. 2. ibiq; Carpz. d. 3. n. 6. it. Pist. & Rauchb. d. l. pari quoque Jure censendum, Henel. d. tr. t. 2. §. 3. versu. & proinde hypotheca quoq; tacita cum Jure prælationis eidem non focus ac ipsi doti assignatur, per text. Landtr. l. 1. n. 21. vers. Leibzucht/Behnr. a. 31. Nov. Const. Elect. 28. p. 1. vers. iedoch Proc. Ordtn. d. l. 43. §. so wollen. in f. Carpz. d. d. 93. n. 7. & seqq. Richt. d. c. 3. f. 1. num. 63.* siue statim tempore contractu matrimonii, siue postea demum constitutum fuerit, *Berl. d. c. 65. n. 35.* dummodo legitimum dotalitii modum non excesserit, *Carpz. d. d. 93. n. 11. Hart. Pist. d. qv. 4. num. 4.* Restrigitur etiam ejusdem prælatio ad eum solummodo casum, quo dos eidem adhuc immixta existit, repetita vero eadem & jam exsoluta salvaque, cum residuum dimidium dotalitii purum lucrum & donatio propter nuptias remaneat, privilegium prælationis etiam expirare censuit, Senatus Appell. in Dörlau Sieffenquischen Concurso, judicavitq; , daß die Witbe mit ihrem Regenvermächtnis dem von Wiltis ( tacitam saltem anteriorem habenti) nicht vorzuziehen/ term. Trinitat. 1668. quæ sententia etiam postea confirmata viros judicati acquisivit.

(m) Præfertur itaque mulier vigore scil. tacitæ hypothecæ & insimul juris prælationis eidem assignati, *per d. tit. 43. dei Ehr. Sächs. Proc. Ordtn. in pr. it. d. l. assiduis. & simil.* non modo cum dote & dotalitio anterioribus tacitis & posterioribus expressis per hæcenus deducta, sed interim etiam, donec ipsi satisfactum fuerit, jus retentionis in omnibus non allodialibus tantum, sed & feudalibus mariti bonis, nec non alimenta

ta habet, *per text. Const. 25. p. 2. in f. verb.* wie dann auch die Frau so lange das *jus retentionis* in den Lehnsgüthern und ihre Unterhaltung haben soll. *ibid. Carpz. def. 8. & seqq. Hartm. Pist. obs. 107. & alii allegati.* Administrationem autem bonorum non videtur invitis creditoribus exinde prætere posse, cum ea regulariter domino competat *per l. in re. 2. C. mand. retinenti vero & præsertim mulieri in Jure null. bi concessa reperiatur,* quo casu deficiente legis dispositione *Jus retentionis singulare non extendendum nec trahendum est ad consequentias, May. p. 3. decis. 255. it. p. 4. d. 88. prout & ipse ibid. & Salg. in lab. p. 1. c. 11. n. 8. & seqq. it. Brunnem. ad l. 25. §. 1. ff. sol. matr. uxori hanc administrationem expresse denegant.* Et facit huc etiam *text. in Welchbild. art. 57. vers. habt ihr a ver. verb. und sollen die Kinder ihr die Nothdurfft geben. it. l. dotis. 9. C. solut. matr. ubi administratio heredibus assignata non obscure dignoscitur.* Quod si tamen vel insciis vel consentientibus iisdem administrationi se immiscuerit, quin rationem ejusdem reddere obstricta sit, nemo dubitabit. *Carpzov. ibid. d. 13. & 14.*

(n) Cum bona Uxoris marito apportata in dubio non pro dotalibus sed paraphernalibus habeantur, ex unanimi Dd. sententia, teste *Carpz. d. c. 16. p. 2. d. 11. num. 4. post ibi alleg.* Utrique & dotis constitutio ante omnia præcedere debet, ut nomen & effectum mereatur. *l. dotem. 30. ff. de jure dot.* Alias cum ea regulariter non præsumatur, *Fabr. in C. l. 5. t. 7. d. 18. n. 2. Thoming. decis. 18. num. 20. licet uxor omnibus bonis suis maritum frui sinat, Brunnem. ad l. mulier. 72. ff. de jure dot. n. 3. Struv. d. Ex. 30. t. 6. Insuper & Dotalitium subsistere nequeat, nisi dote constituta, Hartm. Pist. p. 1. q. 5. n. 1. Richt. d. c. 3. sect. 1. n. 58.* Necessè est, ut prælationis quoque privilegium eo casu cessat.

(o) Sed nec constitutio sufficit, si non & realis ejusdem illatio subsequatur, cum dos in rebus, non verbis consistat, ideoque & privilegia dotis tantummodo ad dotem datam, non saltem cautam vel promissam pertineant, *per text. in l. dotem. 1. C. de dote caut. non num. & d. l. asfiduis. 12. ff. qui pot. Myns. Cent. 1. obs. 61. Bald. Nov. de dote. p. 10. col. 2. in nominibus tamen forsitan illata pro soluta habetur, licet mariti voluntate apud debitorem remanserit, & adhuc restet. May. p. 2. decis. 225.*

(p) Porro & probari simul utrumque debet, non tantum allegari. Quoad prius tamen satis erit deficientibus aliis mediis per conjecturas saltem constituendæ dotis animum demonstrare, *Hartm. Pist. obs. 46. n. 11. Thoming. decis. 30. n. 35. Fabr. l. 5. t. 7. d. 18. per tot. Carpz. p. 2. c. 16. d. 11. n. 9. & seqq.* Illatio vero realis plenam probationem desiderat. *per text. d. C. 28. p. 1. it. der Ehe. S. Proc. Ordin. d. 1. 43. pr. verb. so viel sie dessen erw. weisen*

weisen können/ *concord. l. asfiduis. in med. vers. si tamen re ipsa fuerint m̄  
rito data. C. qui pot. ad quam non sufficit, contra creditores scilicet, solius  
mariti confessio, licet jurata fuerit, per ded. Carpz. ead. C. 28 d. 72. 73. & 77.  
& mulier etiam in supplementum jurare velit. Id. ib. d. 75. Fab. in C. d. l. 5.  
1. 10. d. 4. n. 9. cum in ejusmodi confessata tantummodo dote jus prælatio-  
nis omnino cesseret, per l. 1. & 1. 1. C. de dot. caut. non nom. Gail. l. 2. obs. 81. n. 2.  
& late Berl. d. c. 65. n. 41. & seqq. nisi testis alicujus unius etiam fide digni  
depositio accedat. Carpz. ib. d. 80. aut concreditores quoque debita sua  
per solam debitoris confessionem probent. Id. Carpz. ib. d. 76. Berl. ib. n. 51.  
uti probare dicuntur, licet hypothecam vel arrestum aut immisionem im-  
petraverint, id. Carpz. l. 4. tit. 3. resp. 23. n. 19. & seqq. Probata autem illa-  
tione reali versio in bona mariti præsumitur, nec uxor ejus quoque demon-  
stratione ulterius oneratur, Carpz. ib. d. 71. & 82. it. l. 4. t. 9. resp. 64. n. 13. &  
14. Richter. d. c. 3. s. 1. n. 40. & seqq.*

(q) Deceptis saltem & non decipientibus fœminis cum Jura subve-  
niant, per text. in l. & primo. 2. §. verba. 2. & seq. ff. ad SCtum. Vellej. non im-  
merito prælationis privilegium denegabitur illis, quæ viris jam antea ob-  
æratæ, ad fraudandas forsitan tacitas anteriores hypothecas dotem do-  
lose intulerint, per ded. Carpzov. ibid. d. 84. id quod etiam eatenus, si  
creditor dolum ejusmodi probaverit, confirmatum, per Nov. Elect. Sax.  
Decis. 6.

(r) Favori pro se introducto regulariter quilibet renunciare potest,  
l. si Judex. 41. ff. de min. l. pen. C. de pact. & deinde ad jura renunciata non  
habet regressum, l. quaritur. 14. §. si venditor. 9. ff. de adil. edict. l. 1. §. qui  
semel. 6. ff. de succ. edict. Unde nec dubitandum, quin mulier privilegiis  
suis renunciare possit, prout illud explorati Juris dicitur in l. etiam. 11. C. ad  
SC. Vellej. ac licere jubetur in l. jubemus. 21. C. eod. Et quamvis id Jure  
Nov. restrictum sit, ut ita deum valeat renunciatio, si mulieri ex reliqua  
mariti substantia dos salva sit, *auth. sive a me. C. de SC. Vellej. Nov. 61. c. 1.*  
Carpz. ad C. 16. p. 2. d. 14. Berl. p. 2. concl. 20. per tot. in foro Saxonico ta-  
men ea renuncianti indistincte nocet, etiamsi maritus nulla alia bo-  
na habeat, ex quibus ipsi satisfieri queat, per d. Constitut. Elector. 16.  
p. 2. ibique Moller. num. 18. it. Carpzov. d. 12. Berl. d. p. 2. c. 21. num.  
30. dummodo mulier majorennis sit, & curatoris autoritas accesserit, re-  
nunciatio etiam prævia certioratione SCri Vellej. judicialiter fiat, per  
text. d. C. 16. vers. wenn solche re. ibiq. Carpz. d. 18. & 19. Intercessionem tu-  
pro marito vel constitutum si contineat simul, nec non quando res do-  
tales & dotalitium donationemque propter nuptias tangit, juramentum  
etiam accedat necesse est, prout ex eod. Const. 16. deducit Moller. l. 1. sem. c.

43. in pr. Rauchb. p. 1. qv. 34. n. 57. Carpz. ib. def. 1. & 2. Strictè autem cum renunciationes intelligi debeant, uni vel pro uno facta non præjudicabit mulieri quoad reliquos creditores d. l. jubemus. 21. C. ad SC. Vellej. Carpz. ib. d. 15. num. 7. & seqq. post Hartm. Pist. l. 1. q. 32. num. 8. uti nec tertii intermedii creditoris conditio exinde melior sit, sed is tantum, cui renuntiatio facta, in mulieris hypothecam (non vero Jus prælationis, utpote quod cedi nequit) subintrat. Carpz. ib. d. 16.

(5) Causæ illæ passim ab interpp. deducuntur, inter quas potissimæ sunt, si mulier cum marito communem negotiationem exercens debita simul contraxerit, Carpz. d. c. 28 p. 1. d. 83. Berl. d. c. 65. n. 79. Beuth. p. 1. c. 35. Richt. d. c. 3. f. 1. n. 143. vel maritus uxoris culpa, lascivia aut pompa, ad inopiam pervenerit. Id. Carpz. ib. d. 85. Schepliz. ad const. march. p. 3. tit. 2. qv. 1. num. 5. It. si maritum malitiose deseruerit, vel gravi morbo decumbentem, ex eoque decedentem neglexerit, Const. Elect. 26. p. 3. ibiq. Carpz. d. 1. Multo que magis, si eidem vitæ insidias struxerit, aut omnino necaverit, Henel. d. 17. de Jur. dotalit. c. 19. §. 18. aliq. de quibus id. late eod. c. it. Berl. d. c. 65. num. 83. & seqq.

### THESIS III.

Post dotem subintrat Fiscus (a) cum debitis fiscalibus ex contractu provenientes [b] præferturq; vigore tacitæ hypothecæ & Juris prælationis, [c] ipsi pariter competentium, non tantum hypothecariis posterioribus, [d] sed etiam in bonis postea quæsitis, ipsis anterioribus [e] pignoribus.

(a) Fiscus nomine, quid hic intelligatur, cuique Jus ejusdem assignetur, supra ib. d. c. dictum est, qualiscunque autem mag. stratus, jus hoc sibi asserens, & sive princeps, sive Comes, Baro, Nobilis aut etiam Civitas saltem fuerit, quoad prælationem perinde est, & omnes pari jure gaudebunt. Carpz. d. c. 28. p. 1. d. 102. n. 6. Richt. c. 3. f. 2. n. 2.

(b) Pro diversitate debitorum fiscus etiam diversa prælationis Jura fortitur. Cum tributis enim statim ad primam classem refertur, per supra c. 2. th. 7. deducta. Respectu poenæ vero in tertiam classem hypothecariorum rejicitur, per ibid. alleganda. Ex contractibus autem vel quasi orta debita in hac secunda classe collocantur, per text. der Ehur. Sächs. Proc.

Proc. Ordtn. d. t. 43. §. Des gleichen / Carpz. ib. d. 51. num. 2 & d. 102. num. 1 & seqq. Berl. d. c. 65. num. 18. Non tamen confundenda sunt cum fiscalibus debita principis vel alterius magistratus privata, utpote in quibus jure privatorum censentur, Carpz. ib. n. 7. & decis. 130. n. 22.

(c) Jus tacitæ hypothecæ simulque prælationis quod fisco competat, & præferentiam in hac classe operetur, ex ra dubium est, per d. §. Des gleichen. ibi: obwohl der Fiskus, wenn er mit einem contrahiret/oder einer ihm sonst schuldig wird / neben der stillschweigenden Verpfändung das privilegium hat / c. l. si pignus 8. ff. qui pot. l. quod quis. 34. ff. de reb. aut. Jud. l. aufertur 46 § fiscus. 3. ff. de jure fisci. l. quamvis. 2. l. si cum. 3. l. cum patr. 6. C. de priv. fisci. l. etsi. 1. & l. fin. C. quo quisq; or. conv. lib. 11. ff. certum. 2. ibiq; Sicbard. C. quib. caus. pign. Carpz. Berl. ib. Neguz. p. 2. m. 4. n. 113.

(d) Et tacita hypotheca, cum ita fisco concessa sit, per modo deducta, consequens est, eum quoque regulariter solis posterioribus non vero anterioribus hypothecis præponendum esse, prout etiam innuit d. Ord. Proc. cit. t. 43. §. Des gleichen. verb. Den andern Gläubigern / so keine ältere Verpfändung haben / concord. l. si pignus. 8. ff. qui potior. in pign. l. quod quis. n. 34. ff. de reb. aut. Jud. l. quamvis 2. C. de priv. fisci l. si fundum. 4. ibiq; Sicbard. C. qui pot. in pign. l. un. vers. potuit ergo. C. rem alien. gerent. non interd. cum inter hypothecarios, qui prior tempore potior quoq; sit Jure. c. qui prior. 54. X. de R. l. Carpz. d. def. 102. n. 4. & l. 4. tit. 2. resp. 13. num. 9 & seqq. nec refert an generalem, an specialem, siveque expressam sive tacitam anteriorem quis habeat, omnibus enim casibus fisci graduatio ex tempore hypothecæ adjudicatur, per d. l. & Richt. c. 3. §. 2. num. 5. 6. & seqq. Berl. d. c. 65. num. 120.

(e) Restringitur tamen hæc parificatio hypothecarum ad ea saltem bona, quæ debitor ante contractum cum fisco initum habuit, in postea quæsitis autem, etiam anterioribus insuper hypothecis sive expressis sive tacitis, Jure prælationis eadem simul competente, fisco præferri in confesso est ex d. Ord. Proc. §. Des gleichen. verb. daß er auch in den Güthern / welche der Schuldner / nachdem er mit ihm contrahiret / überkommen / denen / welche ältere ausdrückliche Verpfändung erlanget / vorzuzogen wird. it. l. si quis. 28. l. aufertur 46. §. 3. ff. de Jure fisci l. certum. 2. C. in quib. caus. pig. tac. l. quamvis. 2. l. si cum 3. C. de priv. fisci. Carpz. ib. d. 103 & l. 4. t. 2. resp. 14. Richt. d. c. 3. sect. 2. n. 10. Brunnem. ad d. l. si quis. 28. ff. de j. fisci. quo casu, is, qui agit, probare debet acquisitionem ante vel post fisci contractum factam esse, per dea. Neguz. p. 5. princ. m. 2. n. 43. Berl. d. c. 65. n. 123. & Carpz. d. loco.

Similiter ad refectionem vel conservationem (a) domus vel alterius rei pecuniam (b) mutuo (c) dans, etiam anterioribus (d) expressis præfertur.

(a) Cum non publice tantum interfit, ut ædificia existant integra, nec civitatis facies ruinis deformatur *l. 1. § 1. ff. de tigno. junct. l. negotiandi. 2. l. singularum. 8. C. de ædif. priv.* sed ipsorum etiam creditorum utilitas in eo vertatur, ut salva maneat totius pignoris causa. *l. interdum. 5. § 1. hujus. 6 ff. qui pot. in pign.* Ideo & hisce quoque creditoribus ad conservationem sive refectionem domus vel alterius rei mutuantibus, tacita hypotheca cum prælationis privilegio in re illa concessa est, *per text. der Ehur. S. Proc. Ordin. d. 1. 43. §.* Wenn auch *ib.* wenn auch einer den andern zu Erbauung/Besserung uñ Erhaltung eines Hauses oder andern Guts Vorstreckung gethan/ etc. so hat er uff denselben Guthe neben der stillschweigenden verpfändung ein privilegium &c. *concord. l. creditor. 25. ff. de reb. cred. l. SCto. 1 ff. in quib. caus. d. l. interdum 5. cum. ll. seqq. ff. qui pot. in pign. l. cum duobus. 52. § item 10 ff. pro soc. l. si ventri. 24. § divas. 1. ff. de reb. aut. lud. Carpz. ib. d. 105. Berl. d. c. 65. n. 132. Richt. d. c. 3. sect. 3. n. 1. May. p. 5. dec. 85. A. costa d. tr. reg. 2. ampl. 3. n. 7. § seqq.*

(b) Pecuniæ nomen, cum non solum nummos, sed alias etiam res comprehendat, *per l. pecunia. 178. § 222. ff. d. V. S.*, privilegium hocce non incommode ad eam quoque extenditur, qui ligna, lapides vel aliam materiam ad ædificationem vel refectionem necessariam credidit, *per ded. ejusd. Aosta ib. num. 8.* prout etiam generale verbum *d. Ord. Proc. Vorstreckung.* ad solam paratam pecuniam non restrictum, hanc declarationem omnino admittit.

(c) Mutuum vero hoc ut prædicto privilegio gaudeat, requiritur, 1. ut in obligatione nominatim exprimatur, pecuniam ad reparationem & conservationem rei credi, & 2. ut demonstretur, refectionem necessariam & ædes ruinosas fuisse, *per text. d. Ord. Pr. verb.* auch daß es zu dem Ende geschehē/in der Obligation ausdrücklich gemeldet/ und erwelßlich wäre/ daß es eine Nothdurfft gewesen/ *ut. L. Lucius 7. pr. ibi: sciat in hoc se credere. it. necessariam refectionis pecuniam esse. ff. de exerc. act. Carpz. ib. d. 106. Berl. d. c. 65. n. 133. Richt. d. c. 3. sect. 3. n. 10.* ubi tamen non tam exacta sed conjecturata quoque probatio sufficit, scilicet ut doceat saltem Creditor ædes ruinosas fuisse & postea resectas, *d. l. Lucius. 7. Carpz. § Berl. ib. it. Köppen. d. 28. num. 35.*

(d) An-

(d) Anterioribus expressis etiam hypothecis quod tunc mutuum hoc præferatur, idem text. d. Ord. Proc. innuit, in verb. daß er denen/welchen des Schuldners Güther zuvor ausdrücklich verpfändet / mit der Zahlung vorgehet/concordant. d. l. SCro. 1. ff. in quib. caus. interdum 5. cum ll. seq. ff. qui pot. cum siml. nec non Nov. 97. c. 3. Carpz. Berl. & Richt. d. l. Neguz. p. 2. m. 4. n. 162. Salg. in lab. p. 1. c. 11. n. 64. & seqq.

### THESIS V.

Tandem etiam ad emendam (a) domum aliamque rem, pecuniam credens idem prælationis privilegium (b) habet, non tamen aliter, quam si de hypotheca sibi expresse (c) licet extrajudicialiter (d) prospexerit.

(a) Ad emendam adhuc rem mutuanti dum hæc prærogativa tribuitur, d. Ord. Proc. El. c. 43. § also: ibi. wenn einer den andern zu Erkauffung eines Hauses oder andern Güthes Geld darleihet etc. *is in l. quamvis. 17. C. de pign. l. licet. 7. C. qui pot. in pign.* palam est, & mutuum hocce, & hypothecæ conventionem præcedere debere ipsam domus vel alterius rei emtionem. Carpz. *ib. def. 108.* Postea enim ad exsolvendam licet pretium credens, ut maxime sibi de hypotheca prospiciat prælationem tamen nullam consequetur. Richter. *d. c. 3. sect. 4. num. 23. & seqq.* Cum statim ac res vendita in dominium emtoris transierit, ejus creditores habentes hypothecam generalem simul futura bona afficientem, sed etiam inibi jus reale consequantur, quod ipsis per subsequens mutuum inverti nequit. Carpz. *d. def. 108. n. 5. it. Brunnem. ad l. idemq. 7. ff. qui pot. in pign. n. 3.* ubi tandem annectit, qua ratione ejusmodi creditori aliter consulendum sit, *n. 4. & 5.*

(b) Idem alias privilegium, observatis scilicet requisitis, huic mutuo competere probant verba der Proc. Ordtn. d. §. also: ibi. derselbe hat auf dem Güthe eben das Recht/was bey dem nechsten articul gemeldet. & *supra d. ll.* unde etiam anterioribus tam expressis quam tacitis hypothecis præferendum erit, *per ded. Berl. d. c. 65. n. 142. & Richt. ib. n. 2.*

(c) Expresse tamen ut de hypotheca sibi adhuc ante emtionem prospexerit pariter requiritur, *in verb. d. Ord. Proc. alleg. §. also. in verb.* mit den Bedinge/daß ihm solch erkauft. Hauß darum zum Unterpfande stehen soll. *conc. text. expr. in d. l. quamvis. 17. & l. licet. 7. Carpz. d. def. 108. it. p. 1. dec. 56. Berl. ib. d. n. 142.* Alias enim, si vel plane non, vel post emtionem perfe-

Etiam demum, de hypotheca convenerit, prælationis privilegio itidem non gaudebit, per d. text. & late ded. Berl. lib. n. 144. Moller. ad d. c. 28. num. 73. Rauchb. p. 1. qu. 5. n. 2. Hartm. Pist. p. 3. qu. 15. n. 1. & seqq. Fab. in C. l. 8. §. 8. def. 10. Richt. d. c. 3. sect. 4. n. 4. Acofta d. tr. reg. 2. ampl. 5. n. 13. & seqq. Sande Dec. Eris. l. 3. tit. 12. d. 6. In tantum, ut nec rusticum ignorantia forsan juris excuset, Carpz. p. 3. c. 23. d. 19. Excipitur tamen pupillus & minor, qui rem sua pecunia emtam etiam sine expressa conventionem pignoris Jure obligatam habent, l. idemq; 7. ff. qui p. t. l. sed. §. 3. pr. ff. de reb. eor. qui sub tut. cum simil. Carpz. ib. def. 109. post Rauchb. : ist. Richt. alsoq; modo cit. Neguz. p. 2. m. 4. n. 163. Brunn. ad l. 7. ff. qui p. t. in pign. quibus etiam mulierem, militem aliasq; nonnullas personas adjungi Berl. lib. n. 148. & seqq.

(d) Extrajudicalem etiam pignoris conventionem hic sufficere ex textu Ord. Proc. alleg. §. also. par. 1, ubi per verba: mit den Bedinge/ sola mutuantis stipulatio, & insuper judicialis confirmatio vel consensus in hypothecam neutiquam desideratur. Prout etiam in ll. cit.: de judiciali ejusmodi corroboracione altum silentium. Ad bona tamen allodialia id saltem restringi, in feudalibus vero nudam conventionem haud sufficere sed expressum insuper Domini consensum ad validitatem pignoris, requiri, & alias prælationem in feudis denegari, late deducit præjudicioq; confirmat, Carpz. p. 1. decis. 56 n. 9. & seqq.

#### CAPUT IV.

De

### TERTIA CLASSE CREDITORUM JUS REALE TANTUM HABENTIUM.

#### THESIS I.

Hæcce clasfis (a) exhibet hypothecarios Jus reale [b] saltem absq; privilegio habentes, inter quos, sive tacitam, (c) sive expressam (d) hypothecam, vel etiam pignus Judiciale per immisionem (e) aut arrestum (f) impetraverint, (g) qui prior (h) tempore, potior (i) etiam est jure ac reliquis (k) Præfer-  
tur,



tur: (l) Si vero dubia (m) sit prioritas, aut simul (n)  
eodem momento impetrata, omnes pro rata ad-  
mittuntur.

(a) Hypothecarios simul praelationis privilegio non donatos, illis, qui utroq; Jure gaudent, omnino postponendos esse, personaliter vero solummodo privilegiatis ut & chirographariis anteponi debere. Utrumque in *Ord. Proc. Elect Sax.* & quidem prius *l. 43 §. also: ibi:* und die in diesen scil. 42. Titul erzehlten Gläubiger werden vermöge ihrer privilegien allen denjenigen/welche dergleichen privilegia nicht haben/vorgezogen/po-sterius autem *extit. 46. in pr. ibi:* nach den Gläubigern die ein Dinglich Recht haben/sollen die bezahlet werden/so alleine personaliter privilegi- ret sind. sufficienter probatur. Unde non incongrue mediam hancce, in- ter secundam & quartam occupant classem, quam etiam ipsis proinde non immerito assignant, *Carpz. ad d. c. 28. d. 110. Berl. 66. n. 1. Richt. d. c. 3. f. 4. in pr. aliq.*

(b) Jus hoc reale quadruplici modo impetratur, *per text. ejusd. Ord. Proc. l. 44 in pr. §. §. seqq.* scilicet 1. hypothecâ tacitâ, 2. expressa, 3. immissione Judiciali & 4. arresto. Effectus tamen harum specierum ea- tenus uniformis est, ut omnes & singuli, quocunq; modo jus ejusmodi pi- gnoris impetraverint, in bonis debitoris æquale prioritatis Jus, ex tempore tantummodo distinguendum habeant, *per eandem Ord. Proc. §. alle. ibi:* und soll hierbey kein Unterscheid gehalten werden/ob einer solch jus pigno- ris aus Verordnung der Rechte stillschweigend / oder durch einen Con- tract ausdrücklich/oder durch Hülfte/oder durch arrest erlanget/prout et- iam de paritate taciti & expressi pignoris d. cent. l. cum quid 3. ff. si cert. per l. 12. tit. cum. 04 ff. de V. O. l. ubi 29. junct. a gl. & l. in reb. 30. C. de Jure dot. l. as- siduis 12. C. qui pot. in pign. it. Everb. in top. loco ab expresso ad tacitum. 27. n. 5. *Carpz. d. def. 110. Berl. c. 66 n. 1. & seqq. Richt. c. 4. n. 2. & seqq.*

(c) Præmittendum h'c est, Pignus & hypothecam, quantum ad prio- ritatem, non nisi nudo nom inis sono differre, *text. in l. res. 5. §. pignus 1. ff. de pign.* Licet alias pignus proprie rei mobilis, hypotheca vero immobilium dicatur, *per l. plebs. 2; 8. §. pignus ff. de V. S. ibiq; Dd. Tacitum itaq; pignus vel hypotheca tacita, legalis alias d. cta, est, quam lex vel statutum sine expres- sa hominum conventionione in consequentiam negotii celebrati inducit, Ehrst. Sächs Proceß. Orden. tit. 45. in pr. ibi. Die Fälle in welchen die Recht ein stillschweigend Unterpand geben. l. cum oportet. 6. §. fin. C. de bon. qua lib. l. cum hi. 1. C. comm. deleg. l. un. §. & ut. 1. C. de rei ux. act. l. 1. §. 1. ff. & C. in quib. caus. pign. vel hypot. l. ac. contr. Neguz. p. 2. pr. membr. 4. n. 1.*

(d) Expressa est, quæ partium expressa conventionem de re oppignoranda contrahitur, *l. conventio i. l. contrahitur. 4. l. § quæ. 15. § quod i. l. si inter. 21. § t. i. ff. de pign. & hypoth. ut & C. eod. Estq;* vel generalis qua omnia bona nostra, tam præsentia quam futura, juraque simul & actiones oppignoramus *l. res. 5. l. obligatione. 6. l. sed & 9. l. § quæ 15. ff. de pign. l. bonorum. 49. ff. d. V. S. l. nomen. 4. l. fin. S. quæ res.* Vel specialis, cum particulariter & specialiter certam aliquam rem saltem obligamus *l. si fundus 16. ff. de pign. l. fin. C. de pact. conv. cum simil.* Inter quas, uti hæc literam contractus non egreditur, ita illa e contra regulariter nihil excludit. *arg. l. Juliano 68. in pr. ff. de leg. 3. late Neguz. p. 2. m. 2. n. 1. & seqq.* adeoq; etiam comprehendit mobilia & nomina, *Proc. Ordtn. t. 46. §. nachdem aber. vers. so wollen. inf.* in alieno licet territorio existentia, *arg. l. si fideic. 50. §. tractatum 1. ff. de Iud. Carpz. p. 2. c. 13. d. 10.* nec non emphyteutica bona *Neguz ib. n. 18. & seqq.* non tamen feuda, tanquam sine consensu Domini tam oppignorari quam alienari regulariter prohibita *per o. 1. pr. de prob. feudi al. per Frid. 2. F. 55. Neguz. ib. n. 43. Mod. Pist. p. 3. qv. 1221. n. 25.* nec ea, quæ quis verisimiliter in specie non fuisset obligaturus, expressam *l. obligatione. 6. & seqq. ff. de pign. ibiq; Brunnem. n. 1. & seqq. it. ad l. 1. eod. n. 3. & seqq.* dummodo alia bona adsint, alias nec hæc excluduntur, *per ded. ejusd. 28. ut & Salg. in lab. cred. p. 1. c. 31. n. 4. & 35.* Inter futura etiam bona non veniunt, quæ post mortem debitoris hereditati accesserunt. *Carpz. ib. d. 11.* Plura de hypothecis expressis *infra tb. 4.* cernere licebit.

(e) Per immisionem hic non eam intelligimus, quæ de Jure civili ex primo decreto custodiae saltem causa fieri consuevit, *l. 1. § t. i. ff. quib. ex caus. in possess. eatur,* sed quando in foro nostro creditor prævio processu & sententia vel decreto condemnatorio, per executionem realem in bona debitoris immittitur. *Chur Sächs. Proceß. Ordtn. tit. 47. in pr.* quam executionem pignus prætorium adeoq; & jus reale attribuere, itidem docet *d. Ord. Pr. in verb. überkomet er hierdurch ein pignus Judiciale und ein solch Dinglich Recht,* Quo casu quando scilicet ex causa Judicati quis in possessionem mittitur, etiam jura communia idem Jus attribuunt. *l. si & Jure 10. ff. qui pot. l. non est mirum. 26. ff. de pign. act. cum sim. alleg. a Berl. concl. 68. n. 3.*

(f) Arrestum, quod in foro Sax. pariter Jure reali donatum sit, probat. *Const. El. 28. p. 1. §. ferner. Die Arrestanten/denen wir auch hiermit eine Dingliche Gerechtigkeit geben/it. Chur Sächs. Proceß Ordtn. t. 48. in pr. ib.* Diemell in unserer Landes Const. den Arrest. vermöge eingeführten Gebrauchs ein Jus reale gegeben. *it. Carpz. d. c. d. 143. Berl. c. 69. n. 1. & seqq.* dummodo legitime impetratum & renovatum fuerit, de quibus requisitis, *infra. tb. 6.*

(g) Regula hæc, extans in *c. qui prior, X. de Reg. J. in 6.* regulariter ad hypo-

hypothecas pertinet, teste *Carpz. ib. d. 12. n. 10.* ac proinde non tam ad personas, quam ad ipsum jus reale potius referenda est, ut scilicet præferatur, qui prius id impetraverit, *per text. der Proc. Ordn. d. tit. 44. §. alle. ibi.* wie einer das *Jus pignoris* vor den andern überkommen/ also werden sie auch nach einander bezahlet/ *concord. l. qui generaliter. 2. l. si pignus. 8. l. si Jure 8. l. prior. 11. l. creditor. 12. ff. qui pot. in pign. it. Carpz. ib. d. 110. n. 3. Berl. d. c. 66. n. 2.* Dum autem in præsentî dicitur, qui prior, scilicet est tempore, palam fit, præprimis requiri, ut hypotheca duret adhuc, nec extincta sit. Id quod varie contingit tum ratione ipsius pignoris, tum etiam obligationis, cui accessit. Et quidem priori modo non tantum, quando creditor pignus expresse remittit, *l. solvitur. 5. l. sicut. 8. §. creditor. 1. ff. quib. mod. pign. vel alienationi consentit. l. si debitor. 4. §. 1. d. l. 8. §. 5. ff. eod. Carpz. d. p. 2. const. 23. d. 28.* dummodo teneat venditio. *Struv. ad d. tit. Ex. 26. tb. 49.* sed etiam quando saltem sub conditione *l. si res. 3. ff. eod.* vel ad certum tempus constitutum fuerit, *l. item 6. pr. ff. eod.* Uti enim conditionalis deficiente conditione resolvitur, *Garfia. tr. de hypoth. post contr. n. 2. seqq.* Ita etiam temporalis hypotheca, ut & consensus Judicialis ad certos annos restrictus tempore effluxo extinguitur, præsertim si clausula cassatoria inserta fuerit. *Carpz. d. p. 2. c. 23. d. 24.* nisi reservatio reversionis adjecta sit *Id. ib. d. 25.* vel creditor adhuc ante tempus finitum hypothecaria egerit, *Nov. El. Decis. 31.* Potro & casu quoq; extinguitur, in re oppignorata accidente, puta resoluta jure, quod debitor in re habuit, *l. lex vectigali. 31. inf. ff. de pign. l. 1. §. 2. C. si pignus pign.* de quo jam supra *c. 2. tb. 9. l. e.* vel ipsa rei substantia intereunte *l. sicut. 8. ff. quib. mod. pign. Carpz. p. 1. dec. 12. Struv. d. l.* Quo referenda etiam extinctio pignoris per subhastationem. *Philipp. tr. de Subhast. c. 4. comm. 18. n. 7. §. seqq. Brunn. ad l. si deb. 4. §. ult. ff. eod.* a Vafallo tamen cum consensu Domini constituta hypotheca non expirat minore ad feudum caducum in integrum restituto, *per ded. Carpz. p. 1. dec. 76.* Tandem & solvitur ratione obligationis, ipso Jure, per solutionem vel depositionem aut aliam satisfactionem, item novationem, nisi pignus nominatim repetitum, *l. item 6. pr. ff. quib. mod. l. si rem. 9. §. 3. l. solutum. 11. §. 2. §. seqq. ff. de pign. act.* nec non per confusionem, *l. Titius 9. ff. quib. mod. reviciscens tamen re evicta.* Secundum *Salz. p. 3. c. 2. n. 130. it. Carpz. p. 2. c. 23. d. 35.* Ut & exceptionis operi si debitum expresse vel tacite remissum, *l. si tibi: 17. §. 2. ff. de pact. aut eidem* ut & hypothecaræ præscriptum fuerit. *l. creditor. 12. ff. de divers. §. temp. præscr. contra extraneum 30. contra debitorem autem 40. annis. l. omnes. 4. §. l. h. n. C. de præscr. 30. vel 40. ann.* Quacunq; autem ratione pignus extinctum fuerit, prælatio quoq; eiusdem evanescit, cum quod amplius non est nihil quoq; operari, nec accessorium sublato principali subsistere queat. *l. sum principalis. 178. ff. d. R. l.*

Prio;

(h) Prioritas hæc regulariter non ex tempore creditæ pecuniæ, sed conventæ hypothecæ æstimatur, *l. potior. ii. l. creditor. 12. pr. & l. si non. 14. ff. qui pot. & quidem ad horam ejusque momentum usque, ita, ut alteri præferatur, qui vel in minimo puncto prior hypothecam impetraverit, arg. l. Titius. 25. §. 1. ff. de lib. & postb. Moll. ad c. 28. n. 64. it. l. 3. sem. c. 44. n. 12. Gatl. l. 2. O. 25. n. 3. Carpz. ad eand. C. d. 111. n. 1. Berl. d. c. 66. n. 5. Richt. c. 4. n. 13. Wissenb. ad c. ff. qui pot. Disp. 40. tb. 4. Struv. ib. Exerc. 26. tb. 27.*

(i) Potior est prior, licet pignus posteriori traditum fuerit, isque possessionem apprehenderit, *text. in Ord. Proc. Jud. d. t. 44. §. und dieses. ibi. und dieses hat auch statt / wenn gleich der / so hernach erst ein Dinglich Recht erlanget / die possess des Guths überkommen hätte. it. l. creditor. 12. §. ult. ff. qui pot. in pign. l. si debitor. 2. ff. de pign. act. ratio, quia durat ad quemvis possessorem, l. sicut. 8. §. non videtur. 15. ff. quib. mod. l. pen. C. de remiss. pign. & transit cum onere l. un. C. rem alien. gerent. l. via. 23. §. si fundus. 2. ff. de serv. rust. prad. cum simil. Carpz. d. c. 28. d. 112. & 129. Richt. d. c. 4. n. 18. & seqq. Struv. d. Ex. 26. tb. 27. Nec interest generalem an specialem habeat prior, nam & illa posterioris speciali potior manet, *text. in l. qui general. 2. pr. ff. qui pot. l. si gen. 6. C. eod. Hartm. Pist. p. 3. q. 12. & 13. Carpz. p. 1. dec. 62. in tantum, ut feudalem simul cum allodiali habens prior invitus non teneatur excutere, nec hanc nec illam, sed optionem habeat, quam eligere velit, Carpz. d. c. 28. d. 130. Salg. p. 2. c. 5. n. 15. & seqq. nisi generalis saltem adjuncta sit speciali, quo casu cum illa tantum in subsidium data censeatur, speciali prius incumbere obstringitur, per text. Der Ehurfl. Proc. Ordtn. d. t. 46. §. ob nun wohl. vers. daß alsdann / it. l. quamvis. 2. C. de pign. Carpz. d. c. 28. Fab. in C. l. 8. c. 6. d. 8. n. 1. Sande. l. 3. t. 12. d. 26. di. modo exinde solutionem impetrare possit, d. Proc. Ordtn. ibi. wann solches zu seiner Bezahlung zureichet / May. p. 4. dec. 48. Brunn. ad d. l. qui gen. 2. ff. qui pot.**

(k) Reliqui postponuntur etiam, licet prius contraxerint, vel ipsis hypotheca promissa fuerit, per generalitatem *d. Ord. Proc. §. alle. verb. wie einer vor dem andern dasselbe überkommen / & l. supra cit. Moll. l. 3. s. 26. Berl. d. c. 66. n. 24. vid. tamen Hartm. Pist. obs. 64. & Salg. p. 2. c. 21. distinguentes. Imo, etiamsi res in hypo. hecām promissa creditori tradita fuerit, nihilominus tamen potior manet, cui ea prius legaliter constituitur. *l. eos. 9. C. qui pot. in pign. Id. Berl. ib. n. 25. in f. Restringeritur tamen hæc prælatio ad eadem saltem bona pluribus eodem modo hypothecata. Diversitas enim in facto contingens diversum quoque jus desiderat: Unde qui conventionalem solummodo priorem habet, respectu mobilium quidem posteriori Judiciali, imo & doti mulieris præfertur, in immobilibus autem & eorum fructibus nec non pretio, eisdem postponitur, per text.**

DEC

der Ehre. S. Proc. Ordtu. d. r. 46. §. wenn aber. vers. ledoch. it. C. 25 p. 2.  
Carpz. d. c. 28. d. 67. 123. §. 124. it. p. 2. c. 23. def. 9. Sande decis. Fris. l. 3. t. 1. d. 16.  
prout etiam coram testibus, vel superiore magistratu constituta anterior,  
Judiciali, nec non ab immediato Judice confirmata postponitur, licet  
posterioribus chirographariis præferenda sit. per eund. text. Der Proceß  
Ordtu. d. r. §. do auch. item Nov. Decis. Elect. 60. Carpz. p. 2. c. 23. d. 14. it p. 1  
decis. 64. De quibus plura *ib. 4. §. seqq.*

(l) Præfertur quoque prior non tantum in ipsa hypotheca, sed etiam  
in pecunia exinde redacta, per Const. 25. p. 2. *ibid.* Carpz. d. 1. n. 5. non obstan-  
te quod posterior in pecunia illa specialiter arrestum impetraverit, prout  
contra Carpz. ad d. c. 28. d. 148. expresse sancitum in Nov. Elect. decis. 58.  
De cætero vero quando prælatio hæc & d. regula, qui prior &c. fallat, &  
quatenus limitetur, videatur Dyn. Myxel. ad d. c. Neguz. p. 5. m. 2. n. 15. Berl.  
d. c. 66. n. 41. ut & *infra tb. 4.*

(m) Dubia prioritas est, quando neuter certum tempus hypothecæ  
constitutæ, per epistolam puta vel instrumentum forsan sine die & consu-  
le scriptum, probat. l. cum tabernam. 34. §. idem. 1 in f. ff. de pign. vel alias li-  
quido demonstrari nequit, quis prior fuerit. Carpz. *ib. d. 111.* Quo casu non  
secus, ac si eodem tempore pignus impetrassent, in prioritate parificantur.  
Secus tamen est, si alteruter saltem certius tempus diei & horæ probaverit,  
tunc enim alteri, qui resp. diei, mensem saltem, vel diem sine horæ expres-  
sione docet, præfertur, per ded. Schulz. ad Mod. Pist. p. 3. q. 128. n. 23. & *seqq.*  
Salg. p. 2. c. 4. n. 166. Menoch. de arb. l. 1. c. 48.

(n) Expresse tandem si una die vel hora aut monumento omnium  
hypotheca constituta fuerit, de æqualitate eo minus dubitandum, unde &  
eos tunc pro rata concurrere sancit d. Const. 28. p. 1. vers. und da zwo Vers  
pfändungen. ut & Proc. Ordtu. d. r. 44 §. fin. *ibi.* Do auch ihrer zween oder  
mehr auf einen Tag ein dinglich Recht überkommen/und nicht erwiesen  
werden könnte/welches vor oder hernach geschehen/auf den Fall sollen die-  
selben Gläubiger zugleich pro quantitate jeders Schulden/bezahlet wer-  
den/ Concord. l. si debitor. 10. ff. de pign. l. 1. ff. de salu. interd. Carpz. *ib. def. 111.*  
Berl. d. const. 66. n. 4.

## THESIS II.

Patitur tamen hæc temporis prærogativa limitati-  
onem quandam in bonis feudalibus (a), ubi ex-  
pressa (b) hypotheca cum consensu Senioris (c)

H

con-

constituta, ut & cætera Jura realia executionis (d) & arresti (e) nec non creditores tacita quasi hypotheca specialiter privilegiati (f) reliquis (g) debitis oneribusq; feudalibus, prius licet in feudum versis, a pari privilegio non donatis (h) præferuntur, prioritate tñ, temporis (i) tam in illis, quam postea inter hæc (k) nihilominus observanda. Omnes autem hosce creditores vincunt illi, quorum pecunia pro conservatione feudi (l) in communem utilitatem versa fuit.

(a) Tacita hypotheca cum regulariter in feudis locum non habeat, *Const. Elect. 25. p. 2. in pr. it. Process. Ordni. d. 1. 45. §. es ist aber. in f. ibi.* Denn in Lehngüthern hat die tacita hypotheca Vermöge der Lehnrchte und geachtet *Const.* regulariter nicht statt. *Hartm. Pist. l. 2. qv. 37. n. 6. Berl. p. 2. c. 31. n. 3. Neguz p. 2. m. 2. n. 43. Carpz. ad d. c. d. 1. onera quoque feudalibus per se in feudo Jus reale non causentur, nec actionem realem, sed potius in rem quasi scriptam saltem producant, uti loquitur Carpz. p. 2. c. 46. d. 33. n. 7. post ibi allegatos.* Non immerito feudalibus ab allodialibus bonis discernuntur, utpote in quibus tacitum pignus parile Jus reale cum expressis hypothecis indifferenter operatur. *per supra b. 1. l. b. ded.* Feudalium vero bonorum nomine ipsa saltem feuda intelligimus, non vero fructus eorundem, sive jam percepti, sive post agrum rastris subactum, aut in vinea post diem Urbani adhuc nascituri, civiles etiam intra trigessimum vel paulo post exigibiles sint. Hi enim omnes, cum defuncto vasallo non successoribus feudi sed heredibus allodialibus cedant, *per Const. Elect. 52. p. 3. ibiq; Carpz. def. 1. 2. 3. 8. 19. 20. 21. §. 26.* pro bonis quoque allodialibus ut habeantur necesse est, quos etiam iccirco tacita hypotheca post exsoluta tamen debita expresso feudali pignore munita, omnino afficit, *per Const. 25. p. 2. ibiq; Carpz. d. 3.*

(b) Expressa hypotheca consensu Domini feudi constituta, quod reliqua debita feudalibus prius licet in feudum versa præcedat, probat *d. 2. 25. p. 2. verb.* werden die Gläubiger/welchen das Lehnguth beständiger Weise ausdrücklich verpfändet/der priorität halben allen andern vorgezogen/it. *Pr. Ordni. d. 1. 45. §. wenn aber. ibi.* wenn keine Gläubiger vorhanden/denen das

Das Lehen mit Consens verpfändet 2c. *Carpz. ad d. c. 25. de f. 1. num. 5. & tr. de Oner. Vas feud. dec. 5. pos. 5. num. 6. & seqq. it. p. 2. decis. 76. num. 28.* Consensum autem hic intelligimus in ipsam oppignorationem feudi expresse directum. *per. Ord. Proc. Jud. tit. 46. §.* So lassen wir *vers.* aber adeoque excludimus nudam confirmationem obligationis vel contractus, utpote ad stabilendam feudi hypothecam haud sufficientem *per ded. Carpz. l. 4. tit. 4. resp. 29.* nisi de voluntate confirmantis quod simul in pignus consentire voluerit, liquido appareat, uti iudicatum refert *id. Carpz. d. tr. de oner. Vas. dec. 2. pos. 6. n. 27.*

(c) Senioris quoque vel ipsius Domini feudi consensum dum desideramus, duo simul exinde sequi patet, 1. non sufficere consensum magistratus Jurisdictionalis, puta quæstoris aut alterius Judicis, sed directus Dominus, a quo feudum recognoscitur & cui caducum factum aperitur, ut consentiat necesse est, *Id. Carpz. d. l. 4. t. 4. resp. 30. & 2.* requiri etiam, ut immediatus ille sit Dominus feudi, adeoque superioris saltem consensum in subfeudo ad validitatem pignoris nihil conferre, *Id. 1. Carpz. p. decis. 65. per tot.*

(d) Executionem porro idem jus reale tribuere jam supra *ib. t. l. 1.* deductum est, id quod uti generaliter ibidem assertum fuit, & proinde ad allodialia bona haud restringendum est, ita etiam expresse quoque feuda exinde pignori judiciali affici, probat *text. Der Churfürstliche Process Ordtn. tit. 40. §. 1. in f. ibi.* daß der/ welchen verholffen wird/ hierdurch ein pignus Judiciale nicht allein zu den Früchten/ sondern auch zu den Eigenthumb des Lehns erlangt habe/ *it. tit. 47. §. wie weit. in f. ubi itidem dispositum.* daß diejenige/ dem die Hülffe entweder zu den Früchten oder ins Eigenthumb ertheilet wird/ so ferne zu einen und andern ein dnglich Recht überkommen sollen. *Carpz. d. tr. d. 5. pos. 6. n. 22. & seqq.* Dummodo tamen Judex executionem decernens simul Dominus feudi sit, & executionem non expresse ad fructus restringat, alias utroque casu nec jus reale ultra extendi poterit, *per text. ejusd. Ord. d. tit. 40. §. late Hartm. Pist. l. 1. q. 15. per tot.*

(e) Arrestum quoque in feudo ab ipso Domino impetratum eodem jure gaudet, *per text. d. Ord. Proc. tit. 51. §.* sonderlich aber/ wenn auf Lehngüther Arrest gesucht wird 2c. *ibi.* wäre aber der Richter auch Lehnherr/ soll es hiemit gleicher Gestalt gehalten werden/ wie oben bey der Hülffe in die Lehngüther vermeldet worden. Unde & Jus reali eidem pariter adscribendum *per d. text. t. 47. §. wie weit. it. rubr. t. 48. in pr. & ded. Carpz. d. dec. 5. pos. 6. n. 5. & seqq.* Utrumq; autem pignus hoc, tam executionis quam arresti, cum ad debitorem tantum & ejus liberos restrictum sit, simulque

dispositum, ut agnatis, qui in debitum non consenserunt, haud esse debeat  
nocumento, *per text. d. Ord. Proc. tit. 40. §. es sollen.* consequitur exinde  
prælationem hanc etiam in solo debitoris ejusque descendentium con-  
cursu obtinere, in feudo vero ad successores feudales devoluto expirare,  
*Carpz. d. tr. dec. 5. pos. 2. n. 7. & seqq. it. pos. 4. n. 14.*

(f) Conjungere denique & illos creditores hypothecariis hisce visum  
fuit, qui tacita quasi hypothecâ regulariter quidem a feudis exulante, in  
foro Elect. Sax specialiter privilegiati existunt, *Carpz. eod. tr. dec. 3. p. 1. n. 17.*  
*Struv. syntagm. Jur. feud. c. 14. tb. 27. num. 2.* quo præ cæteris referenda venit,  
1. uxor non sufficientibus allodialibus bonis, dotem & dotalitium ex  
feudo prætendens, & exceptis anterioribus expressis hypothecariis, reli-  
quis omnibus etiam hic præferenda, vigore *Const. Elect. 25. p. 2. §. allein. it. c.*  
*44. nec non Proc. Ordtn. tit. 45. §. ledoch.* de quo cum jam *c. preced. tb. 2.*  
*lit. 1. & seqq.* dictum, & subsidiaria tacita hypotheca in feudis ipsi asserta  
fuerit, actum agere nolumus, unicum saltem adjicientes, quod *Morgens*  
*gabe/Verada & commestibilia die Weibl. Verchtigkeit/* item pecunia ha-  
bitationis, vulgò *das Haußgeldt/* huc non trahenda, nec eidem prælatio  
in feudis concedenda sit, nisi consensus Domini desuper expresse impe-  
tratus fuerit. *Nov. Elect. Decif. 2. Carpz L. 4. tit. 6. resp. 60. n. 12. it. p. 3. dec. 281.*  
*& d. tr. dec. 4. pos. 6. 2.* offerunt se filia, in concursu fratrum dotationem &  
elocationem prætendentes, quam si ex bonis hereditariis aut aliunde  
(*Carpz. p. 3. c. 46. d. 16. & p. 2. dec. 73. it. d. tr. dec. 3. pos. 3. & 4. Struv. Ex. feud. c.*  
*14. tb. 17.*) consequi nequeant, Seren. Elector. Sax. ipsis pariter ejusmodi  
jus subsidiarium in feudis paternis concessit, ut, quicquid eis elocationis  
ratione residuum est, præ cunctis fratrum creditoribus etiam expressis  
hypothecariis ipsis exinde assignari debeat, *per text. ejusd. Ord. Proc. d. c.*  
*45. §. Es trägt sich auch. ibi.* daß sie alle dasjenige/was ihnen zu ihrer Aus-  
stattung von ihrre Vater her zustehet/vor allen andern ihrer Brüder, Gleu-  
bigern/ob dieselben auch gleich ausdrückliche Verpfändung auf das Lehn  
erlanget/befriediget/und sich deswegen an das Lehn/ob es schon in andere  
Hände kommen wäre/halten mögen/quæ Sanctio cum satis generalis sit,  
nec ad dotem saltem promissam restringenda erit. *Carpz. d. c. 46. d. 15.* sed a-  
limenta quoq; comprehendet, *per ded. ejusd. p. 1. dec. 72. Richt. d. c. 4. sect. 1.*  
*num. 159. & seqq. May. p. 3. d. 367.* nisi eorum loco dotis usurae præstitæ fue-  
rint, prout in Concursu Loff. Trebizensi non ita pridem à Senatu appellat.  
Elect. Sax. judicatum & limitatum novimus. Ne tamen feudum quoque  
exinde nimis gravetur, *per text. ejusd. Ord. ib. in f. §.* non modo quantitas  
dotis, haud attenda patris voluntate vel prioris filia elocatione, *Carpz. d. c.*  
*46. d. 19. May. p. 3. d. 364. & seqq. it. p. 2. dec. 119.* moderationi Senioris subja-  
cer,



cet, per ded. Hart. Pist. p. 2. qv. 37. n. 9. Carpz. d. c. 46. d. 18. Struv. Synt. feud. d. c. 14. tb. 17. ut & in nuptis filiabus mortuis, cum dos in feudum recidat, eadem sub conditione nuptiarum saltem assignanda est, Hartm. Pist. d. qv. 37. n. 15. Heig. p. 1. qv. 31. num. 10. Carpz. ib. def. 20. uti in modo dicto concursu term. Trinit, 1669. observatum pariter recordamur, sed insuper etiam nomina hereditaria paterna, si quæ supersint, e contra successoribus feudi cedunt, ut damnum quodammodo resarciatur, per ded. Carpz. p. 2. dec. 174. Tandem & 3. a Seren. Elect. Sax. pupillis quoque & minoribus pro residuo tutelari in bonis feudalibus tutorum, ab ipso Electore Seren. vel alio suæ Serenitati subiecto subfeudi Domino, confirmatorum, & quidem a tempore confirmationis locum consensus supplentis; Item Ecclesiis, Scholis & Hospitalibus in feudis Administratorum tacita ejusmodi hypotheca subsidiaria concessa est, per text. d. Ord. Proc. cit. t. 45. §. fin. & ded. Carpz. p. 2. c. 25. d. 4. it. d. tr. dec. 3. pos. 9. pariter tamen simultanee investitis haud nociva, text. ib. in f. & Carpz. d. pos. 9. num. 17. unde circa eandem idem quoque obtinebit, quod supra lit. c. de Jure reali immisionis & arresti in personis agnatorum expirante annotatum fuit.

(g) Per reliqua debita & onera feudalia quænam intelligamus, ipsa thesis explicat, scilicet quæ parili jure tacitæ hypothecæ in nostro foro Saxon. a Seren. Elect. haud donata, ex feudo tamen solvenda veniunt. Carpz. l. 4. t. 9. resp. 68. Heig. l. 2. qv. 20. num. 45. Struv. c. 14. tb. 4. & 5. Inter quæ se potissimum offert alimentatio filiorum ob animi corporisve vitiū ad succedendum in feudo inhabilium, fundata in c. it. Episcop. vel Abbat. 1. F. 6. §. 2. Carpz. d. c. 46. def. 28. quam etiam ad secundo genitos a majoratu exclusos extendit, Hartm. Pist. l. 2. d. qv. 37. num. 2. & 3. Carpz. d. tr. dec. 4. pos. 10. num. 6. Berl. p. 2. c. 55. num. 72. Et licet de hoc solo onere textum in Jure feudali communi occurrere asserat. Struv. d. c. 14. tb. 18. Jure tamen nostro Elect. Saxon. ut & interpretatione F. F. huc quoque insuper referantur, debita ad elocationem filiarum vel sororum, item, ad exsolutionem dotalitii contracta, nec non in utilitatem feudi conversa vel ad emendum feudum mutuata, per text. d. Const. Elect. 46. ibiq. Carpz. def. 25. 26. 27. & 29. it. d. tr. dec. 4. pos. 1. 4. & 5. item pretium feudi emti nondum exsolutum, Carpz. d. poss. num. 20. sive ad liberationem ejusdem a pignoris nexu mutuo sumtum, d. c. 46. d. 29. & eod. pos. 5. n. 7. Struv. d. c. 14. tb. 8. salarium etiam advocati causam feudi utiliter gerentis, Id. ib. tb. 7. inf. & Carpz. ib. d. 30. & similia.

(h) Hæcce igitur onera feudi quod supra memoratis hypothecariis in concursu postponenda sint, patet ex Const. 23. p. 1. ut & d. C. 25. p. 2. it. Ord. Proc. d. 1. 44. §. alle. ubi hypothecarii omnibus reliquis jure reali desti-

tutis creditoribus præferuntur, prout etiam in supra dicto Concursu Los-Trebizensi itidem observatum, & residuum feudi pretium, antecessoris sororibus earumq; dotibus & alimentationi postpositum meminimus.

(i) Prioritas tamen temporis quod & hicce inter hypothecarios observanda sit, non modo generalitas *der Ehur S. Proc. Ordtu. d. 1. 44. §. alle. Juraq; supra tb. 1. lit. b.* deducta satis evincunt, sed & observantia iudiciorum probat. Prout de Arresto posteriori expressæ hypothecæ in Concursu Reinhard-Crakavizensi anno 1652. prælato testatur ipse *Carpz. d. tr. dec. 5. pos. 6. n. 6.* De Jure executionis vero itidem expresso consensui Juniori anteposito inter alia præjudicium extat in Concursu Köibel-Arnsdorffensi anno 1655. pronunciatum, & per utramq; instantiam confirmatum. Id quod etiam, ut & supra citatum Los-Trebizense, de antelatione dotis & elocationis sororibus competentis præ recentioribus hypothecis, simul tantam fidem faciunt, ut de eo dubitandi nullus plane locus relinquatur.

(k) Inter onera realia vero eandem temporis prærogativam observari olim disputatum fuit, nonnullis existimantibus, ea saltem pro personaliter privilegiatis haberi, quos pro rata concurrere, tam *Const. Elect. 28. §. folgendes p. 1. quam l. privilegia. 32. ff. de reb. aut. Iud. poss.* probat, de quibus *infr. c. 5. pluribus.* Attamen cum jam supra lit. a. deductum fuerit, debita hæcce feudalia licet jure reali propriæ sic dicto destituta sint, feudum tamen sic efficere, ut actio inde competens quasi in rem scripta videatur, teste *Hart. Pist. d. p. 2. q. 37. n. 9.* & quamvis possessorem comitetur, *arg. l. 1. §. 2. C. sine censu vel reliqu. Mod. Pist. p. 3. q. 122. n. 147.* Non immerito & hic qui prior tempore potior erit Jure, & posteriorem vincat, *per ded. Carpz. d. tr. dec. 5. tb. 9. n. 18. & seqq.*

(l) Meliorationes feudi vel impensæ ad ejus conservationem erogatæ, quod etiam anteriores expressas hypothecas, nec non dotem mulierum & sororum, vincant & præcedant, *per text. generalem in l. quod privilegium. 8. in f. ff. de pos. cum simil. eleganter deducit Carpz. d. tr. dec. 5. p. 8. n. 9. & seqq. & p. 1. decis. 55.* De qua prælatione cum jam supra quoq; *c. 2. tb. 4. l. f.* actum & præjudicia insuper passim obvia sint, ejusmodi suntus meliorationum statim in primam classem præ omnibus aliis debitis collocantium, prout etiam non ita pridem coram sæpe laudato Judicio Appell. Dres. in Concursu Berbisdorff-Mahlissensi observatum recordamur, ulteriori deductione inhærere, & soli facem accendere haud necesse putamus.

### THESIS III.

In allodialibus (a) jam nunc tacita (b) hypotheca  
competit præprimis mulieri (c) pro bonis paraphernali-

phernalibus, in mariti, (d) liberis (e) ratione bonorum adventitiorum in parentum, (f) nec non pupillis (g) pro residuo (h) pupillari in tutorum (i), item, Civitati nec non Ecclesiæ, Scholis & Hospitalibus aliisque piis causis (k) in administratorum, hisque simul in aliorum debitorum bonis, similiter locatori [l] respectu mercedis nec non deteriorationis [m] in in vectis & illatis, legatario [n] & fidei commissario in testatoris hereditate, & aliis [o]

(a) Allodialia sive libera bona dicuntur, in quibus quis habet plenum dominium, Erb- und Eigenthümliche Güther. *Struv. Syntagm. feud. c. 2. tb. n.* qualia cuncta præsumuntur, donec feudalis vel alia qualitas inhærens ab allegante probetur, *Nov. Elect. Decis. 37. II. Struv. ib. c. 16. th. II. Carpz. p. 1. c. 27. def. 7.* licet feudalibus juncta fuerint, *ded. Carpz. l. 1. t. 9. resp. 82. n. 15. & seqq.* Ab allodialibus hiæ licet etiam emphytevtica & censitica non nihil discrepent, secundum *ded. ejusd. ib. tb. 10. ut & Carpz. ad C. 39. p. 2. def. & seqq.* cum tamen & obligari a possessoribus valeant, *per l. tutor. 16. §. fin. ff. de pign. act. & l. lex vectigali. 31. ff. de pign. Aurel. Corbulus de iure emphytevt. c. 14. limit. 33. n. 1.* & hodiernis moribus redacta pene sint ad instar patrimoniorum, *Teste Fabro in C. l. 4. c. 42. d. 8. n. 1.* quantum ad hypothecationem haud incongrue pro iisdem vel parificatis habebuntur, adeoque etiam simul cum allodialibus tacitâ hypothecâ indifferenter affici extra dubium est, *per eleganter ded. Carpz. p. 2. const. 25. def. 7.* De cætero & fructus quoque bonorum feudalium huc etiam referendos esse jam supra *tb. 2. l. a.* dictum, unde brevitatis studio illuc remittimus.

(b) Tacita hypotheca, quid sit, supra *tb. 1. l. c.* dictum est.

(c) Mulieri primo eandem assignat *Ord. Proc. Elect. tit. 45. §. in verb.* unter andern haben vornehmlich die Eheweiber derer Güther halben/ welche sie über das Ehegeldt ihren Männern zubringen/ eine stillschweigende Verpfändung/ *concordat l. ubi adhuc. 29. C. de iure dot. l. ult. C. de pact. convent. cum simil. Moll. ad C. 28. p. 1. n. 37. Carpz. ad C. 24. p. 2. d. 3. it. C. 28. p. 1. d. 86. n. 3. Berl. p. 1. c. 67. n. 4. Neguz. p. 2. m. 4. n. 63. Myns. l. 5. obs. 4. n. 3. Gail. l. 2. obs. 83. ubi repetenda est ampliatio supra c. 3. tb. 2. l. a. & b. adjecta, quod sc. eidem*

tam

uxori adhuc, constante, quam viduæ factæ, soluto matrimonio, sponsæ vero neuti-  
quam competat, *per ibi ded. & Carpz. d. c. 24. d. 5.* Restringenda quo-  
que ad paraphernalia tantum per maritum administrata, *secundum text. d.*  
*Ord. Pr. modo cit: welche sie ihren Männern zubringen/ & consumta nec*  
*amplius extantia Eod. Proc. Ordtn. tit. 43. §. was aber. verb. wann es ver-*  
*endert/und nicht mehr vorhanden. cum d. ll. und: patet ad geradam aliaq;*  
*bona maritorum administrationi non commissa, hypothecam quoq; non*  
*extendi. Hart. Pist. obs. 110. n. 2. Carpz. d. c. 25. l. 4. uti nec ad bona adhuc præ-*  
*sentia, vindicationi obnoxia, & uxori statim in prima classe inter domini-*  
*um prætendentes assignanda, per eund. text. d. t. 43 §. was aber. vers. es*  
*wäre denn etc. Carpz. d. def. 86. n. 7. & supra c. 2. tb. 1. l. b. deduct. a initium au-*  
*tem hujus hypothecæ, neuti-quam cum dotis privilegio simul ambulat, sed*  
*referendum demum ad tempus realis illationis, per ded. Carpz. d. c. 25. d. 3.*

(d) Mariti bona hic loci ea tantum intelligimus, quæ tacita ejusmodi  
hypotheca in genere afficit, scilicet mobilia tantum, sed & immobilia,  
sive ante sive post illationem acquisita, *Richt. c. 4. sect. 1. n. 18. & seqq.* allo-  
dialia tamen solummodo nec non emphytevtica & censitica, per supra *lit.*  
*a. tradita, ut & fructus feudales, secundum tb. 2. l. 4.* Neuti-quam vero ipsa feu-  
dalia bona, utpote in quibus ea nullos vires habet, *per ded. tb. præc. l. a.*  
Quod si tamen paraphernalia hæc in feudi utilitatem versa fuerint, &  
mulier id liquido probare poterit, non immerito inter onera feudalia col-  
locabuntur, *per supra tb. 2. l. g. ded. & Carpz. tr. de On. Vas. Feud. dec. 4. pos. 4.*

(e) Liberis deinde ratione bonorum adventitiorum consumptorum  
eadem hypotheca assignatur, *in d. Ord. Pr. § 1. verb. Desgleichen die Kinder.*  
*it. in l. cum oportet. 6. §. non aut. 2. & §. ult. C. de bon. qua lib. l. si quis. 8. §. fin. C.*  
*de secund. nupt. Neguz. p. 2. m. 4. n. 13. Mozz. de pign. de subsid. pign. n. 7. Berl. d.*  
*c. 67. n. 131.* sub nomine adventitiorum vero non saltem materna intelli-  
mus, *Carpz. d. c. 24 d. 17.* sed etiam aliunde profecta, veluti munera in testi-  
monium baptismi liberis donata, *Id. ib. def. 18.* vel ipsis strenæ loco data,  
*Beutb. p. 1. c. 2. & similia, quæcunq; scil. pater tutorio nomine administrave-*  
*rit, uti in dubio præsumitur, l. pro officio. 20. C. de administr. tut. Carpz. ad C.*  
*28. p. 1. d. 113. n. 6. Richt. d. c. 4. §. 1. n. 41.*

(f) Parentum bona obligata dicimus, scil. non patris tantum & avi,  
*per Ord. El. Sax. d. §. 1. verb. in ihres Vatern. it. d. l. cum oportet. 6. & d. l. si*  
*quis. 8. it. l. hac edictali. 6. §. omnibus. 1. C. de sec. nupt. sed & matris, ad secun-*  
*da præsertim vota transeuntis, ut & aviæ, per eas d. ll. & l. si mater. 6. ff. in quib.*  
*caus. pign. l. matres. 2. ibiq; Gotb. C. quand. mulier. tut. off. Nov. 22. c. 4. §. si vero.*  
*N. 94. c. 2. utrobq; a die susceptæ administrationis. per d. l. 6. C. de sec. nupt.*  
*Berl. d. c. 67. n. 18. Richt. ibi. n. 50.* In bonis autem vitrici priviguis tacita  
hy-

hypotheca nullibi constituta, reperitur, teste *Mod. Pist. p. 1. qv. 4. Carpz. d. c. 24 d. 17. num. 1.*

(g) Pupillis porro parili hypotheca prospectum est, per text. ejusd. *Ordin. Proc. d. §* unter andern. *verb.* in gleichen die Mündel *re. § l. pro officio. 20. C. de adminisr. tut. l. ult. C. de legit. tut. Neguz. d. p. 2. m. 4. num. 6. Berl. d. c. 67. n. 9. Carpz. d. c. 24. d. 12. 33. nec non illis, qui eisdem assimulantur, uti sunt prodigi, surdi, muti, fatui, furiosi, omnesque mentis integritate laborantes, per *l. non quasi. 4. §. fin. ff. rem. pup. salv. fore. l. dabimus. 19. §. un. vers. sed equisim. cum ll. seqq. ff. de reb. autb. jud. poss. § 1. 1. ff. § C. de cur furios. quia minoribus æquiparantur, per *l. interdum. 29 ff. de cond. ind. Berl. d. c. 67. num. 23. Everhard. in top loco a min. ad furios. § prod. 75. num. 1. § 2. Montan. de Jure tut. c. 31. effect. 2. n. 2. Richt. d. l. n. 55. Et quidem contra verum tutorem a die decretæ tutelæ, contra protutorem vero a tempore susceptæ administrationis, per text. der Proc. Ordtn. d. §. obwohl auch. *vers.* so wollen wir. *ut § d. l. pro officio. 20 ff. de adm. tut. l. gerere. 3. § ex quo scit. 1. ff. eod. Montan. c. 31. effect. 2. n. 20. Berl. d. c. 67. n. 31. post ibi alleg. it. Carpz. d. c. 24 d. 12. num. 3. it. c. 28. p. 1. d. 114. Richt. d. c. 4. f. 1. num. 52.****

(h) Pro residuo tutelæ, vel bonis, quæ administranda susceperunt, per *d. te. 1. Ord. Proc. verb.* wegen ihrer Güther/ so sie administriren. *§ supra cit ll. si ve male administraverint, si ve neglexerint tutelam, Neguz. d. p. 2. m. 4. n. 6. nec pro sorte saltem vel debita quantitate, sed etiam pro usuris aliisque accessionibus, per trad. Carpz. d. d. 12. n. 6.*

(i) Tutorum vero solummodo bona, per eund. text. der Chur. *§. Proc. Ordtn. d. § verb.* in ihrer Vormunden Vermögen/ *§ d. ll. nec non protutorum, per l. ult. ff. de tut. § ration distr. l. pro tutela. 1. pr. § 1. ff. de eo, qui pro tut vel cur. Fabr. in C. l. 8. t. 7. d. 2. num. 1. Carpz. d. c. 24. d. 14. Brunnem. ad l. 19. § seqq. ff. de reb. autb. jud. poss. pignore hoc affecta dicimus, heredum autem proprias facultates ab hoc onere liberæ existimamus, cum *Neguz. d. l. n. 11. Richt. ib. n. 70. Berl. eod. l. n. 34. ut & ejus bona, cui tutor pecuniam pupillarem mutuo dedit. Carpz. d. c. 24. d. 13. De cætero, quod non allodialia modo illisque associata supra l. a. sed etiam feudalialia tutorum bona, tacita hæc hypotheca in subsidium afficiat, cum jam supra *ib. 2. lit. f. demonstratum sit, actum agere nolumus.***

(k) Idem jus tacitæ hypothecæ concessum est etiam, Civitatibus, Ecclesiis, Scholis ac Hospitalibus aliisque piis causis per text. der Churfl. *Proc. Ordtn. d. t. 45. §. so seynd. ibi:* auch die Güther derjenigen/ welche einer Stadt oder Gemeinde/ des gleichen Kirchen und Hospital vorgestanden/ solcher Verwaltung halber verpfändet. *cum & civitas arg. l. respubl. 4. C.*

quib. ex caus. maj. & ecclesia cæteraq; pia loca per text. in c. requisivit. 1. §. c. auditis. 3. X. de in int. rest. quoad privilegia in Jure concessa minori æquiparentur. Gail. l. 1. obs. 30. d. 16. it. l. 2. obs. 62. n. 4. Berl. d. c. 67. n. 41 Richter. d. c. 4. §. 1. n. 98. Carpz. d. c. 28. def. 115. post Neguz. p. 2. m. 4. n. 120. §. 129. Diversimode tamen iisdem jus hoc competit. Nam civitas eodem solummodo in bonis administratorum gaudet, non vero rebus aliorum, quibus forsitan pecuniam mutuo dedit, aut eos aliunde obligatos habet. per text. d. Ord. Proc. ib. verb. ob sich wohl solch Recht außserhalb des Vorstehers Güthern nicht zu erstrecken pfleget/ §. l. simile. 10. ff. ad municip. l. an resb. C. de jure reip. l. si fundum. 4. C. qui pot. in pign. Berl. d. c. n. 44. §. seqq. Richter d. l. num. 112. Sande. dec. Fris. l. 3. t. 12. def. 1. §. hæc quamvis. Brunnem. ad l. Antiochenstum. 37. ff. de reb. aut. Jud. licet personale privilegium illi non denegent. Id. ib. ad l. pen. eod. post Beuth. l. 1. c. 10. Econtra Ecclesiis, Scholis, sub iisque comprehensis Academiæ & stipendiorum creditis, nec non Hospitalibus, a Seren. Elect. Sax. simul etiam in aliorum debitorum ex quoecunque contractu ipsis obligatorum bonis tacita hypotheca concessa est, per d. Ord. Proc. ib. §. seqq. weil wir aber. v. so wollen wir denselben in allen derer Güthern/ welche ihnen etwas zu gelten schuldig/ da es nicht zuvor/ als ein onus reale darauff hauffet/ und ad primam creditorum classem gehörig ist/ hiermit eine heimliche Verpfändung gegeben haben/ Carpz. ad. C. 28. p. 1. d. 116. Quæ uti pro diversitate circumstantiarum, vel a tempore susceptæ administrationis, vel contractus incipit, per supra lit. g. §. ded. Berl. ib. n. 61. ita etiam restringitur tandem ad ipsas ecclesias solummodo, reliquasque pias causas, ad illarum ministros vero ipsorumque privata debita neutiquam extendenda est, per eund. §. d. Ord. Proc. vers. Es soll aber. Richter. d. c. 4. sect. 1. num. 117.

(1) Locatori deinde parile pignus assignatur, per text. ejusd. Ord. Pr. d. t. §. Wenn auch. ibi. Wenn auch einer ein Haus Gemach/ Keller/ Gewölb/ und dergleichen umb einen Zins vermiehet Der hat ein dinglich Recht auf alle fahrende Habe/ so in solchen abgemieheten Güthe gefunden wird/ und dem/ so es abgemiehet/ zuständig ist/ vigore tamen hujus textus & ll. concordantium competens non in omnibus conductoris bonis, sed tantum in illatis & invecis, sive in prædium urbanum, arg. l. item quia 4. ff. de pact. l. Pomponius. 2. l. eo jure. 4. l. licet. 6. l. in prædiis. 7. ff. in quib. caus. pign. Carpz. d. c. 28. def. 117. sive rusticum. l. si borreum. 3. ff. in quib. caus. l. certi. 5. C. locati, cum simil. Caroc. de locat. p. 3. tit. de Invec. n. 13. cum d. cta Ord. Proc. hic loci non distinguat, differentiam etiam alias in l. eo Jure. 4. ff. in quib. caus. alibique traditam in praxi non observari, asserant Mey. p. 4. decis. 127. Brunnem. ad d. l. Pomponius. 2. ff. in quib. caus. n. 4. Fru-  
ctus

Etus tamen hujusce neutiquam excludimus, sed similiter pignori esse cen-  
semus, per *d. text.* alle fahrende Habe/so darinnen gefunden wird/ & *l. in*  
*prædiis. 7. pr. ff. in quib. caus. cum simil.* Nec interest a quocunque condu-  
ctore bona inferantur, cum etiam a minore, præsertim si utiliter contraxe-  
rit, arg. *d. l. 4. ff. de pact. simil. Wissenb. Disp. 39. th. 19. Struv. Exerc. 26. th.*  
*16. qu. 1. Brunn. ad l. in prædiis. 7. ff. in quib. caus. n. 7.* nec non a Studioso  
illata, obligentur. *Struv. d. Ex. 26. th. 16. Richter. ad Auth. Habit. Disp. 3.*  
*f. 57. Berl. d. c. 67. n. 66.* uti nec inter res distinguitur, dummodo sint condu-  
ctoris propriæ non alienæ, *Richt. d. c. 4. sect. 1. n. 132.* & illatæ, ut ibi maneat,  
*l. debitor. 32. ff. de pign. & d. l. in præd. 7. § 1. ff. in quib. caus. ibiq. Gotbofr.*  
aut iisdem venditis, prout in mercibus aliisque rebus venalibus usu venit,  
aliæ statim substituantur, *Richt. ib. n. 129.*

(m) Non tantum pro pensione, per *dd. ll. & auth.* sed etiam pro de-  
terioratione domus & omni damno rei dato, per *l. creditor. 3. l. creditor. 7. C.*  
*de pign. act. l. conductor. 29. C. loc. cum simil. Richt. d. c. 4. sect. 1. n. 123.*

(n) Legatariis tandem, quibus ob paritatem etiam fideicommissa-  
rios adjungimus, idem taciti pignoris jus assignatum in *textu* der Churf.  
Proc. Ordn. *d. t. §. Item. ibi.* Wenn einem aus einem Testament was  
legiret/ und verschafft wird/hat er hierüber eine heimliche Verpfändung  
in aller des Testatoris Verlassenschaft. & *§. sed olim. 2. f. de legat. l. credito-*  
*ribus. 4. §. fin. ff. de separ. l. 1. C. com. de legat. Neguz. d. p. 2. m. 4. n. 157. Berl. d.*  
*c. 67. n. 69. Richt. d. c. 4. s. 1. n. 141. Carpz. d. c. 28. d. 117. n. 3.* & quidem uti  
notabiliter in *d. Ord. Proc.* exprimitur, tantum in testatoris hereditate,  
cum ad heredis propria bona hypotheca hæc non extendatur, per *d. l. 1. C.*  
*comm. de leg. Neguz. ib. n. 159.* nisi hereditarias res consumserit, vel dolo  
possidere desierit. per *ded. Richt. d. c. 4. s. 1. n. 150.* Legata tamen cum non de-  
beantur, nisi deducto ære alieno, *l. creditoribus. 4. §. legatarios. 1. it. l. quoties.*  
*6. ff. de separ. cum simil.* Legatarius etiam hic præferri nequit testatoris cre-  
ditoribus licet chirographariis saltem, per *modo d. ll. & l. scimus. 22. §. etsi. 4.*  
*cum seqq. C. de Jure delib. Carpz. d. def. 117. n. 4.* bene tamen heredis po-  
sterioribus. *Richt. d. l. n. 155.*

(o) Casus hosce enumeratos, in quibus tacita hypotheca locum ha-  
bet, non omnes, sed tantum principales esse, & cæteros non excludere,  
probat *itidem textus d. Ord. Proc. cit. §. Item. inf. verb.* und was derglei-  
chen Fälle mehr seynd/ prout etiam in principio *d. c. 45.* se expresse ad In-  
terpp. desuper commentantes refert, cum vero *Neguz. d. p. 2. m. 4. ultra 24.*  
casus deducat, quos *Berl. d. c. 67. ad 19.* reducit, *Auth. Consult. Sax.* e contra  
Neguziantio adhuc alios 6. addat, quos omnes & singulos simul enucleare  
& temporis & pagellarum angustiam prohibemur; Sufficiat jam nunc

locum saltem designasse, quo collocari debeat, qui extra creditores hucus-  
que memoratos tacitam hypothecam sibi competere ex Jure deduxerit. U-  
nicum tamen adhuc casum in Ord. Proc. Elect. pariter, licet alio tit. com-  
prehensum, silentio præterire nequeo, Fiscum scil. in pœnis etiam tacitam  
hypothecam habere, a tempore impositionis incipientem, *per text. De  
Process. Ordtn. tit. 43. §. De gleichen. ibi.* Es muß sich der Fiscus mit der  
stillschweigenden Verpfändung von der Zeit an zurechnen/da einer in die  
Straffe vertheilet worden/seiner Ordnung nach unter den hypothecarien  
contentiren lassen/*conc. l. auferitur. 46. §. Fiscus. ff. de Jure fisci. Neguz. d. p. 2.  
m. 4. n. 15. Carpz. d. c. 28. d. 104.*

THESIS IV.

Expressa [a] hypotheca assignatur illi, qui eandem a  
debitore [b] simulq; domino [c] rei hypothecan-  
dæ legitime impetravit. [d] Sicuti autem pro di-  
versitate bonorum [e] diversimode [f] constitui  
solet, & debet, cum mobilia [g] & nomina, (h) sine  
solennitate etiam extra judicialiter oppignorari  
possint, immobilia (i) vero non nisi immediati  
Magistratus, & præsertim feudalia (k) nec non  
emphyteutica (l) & censitica haud aliter, quam  
cum expresso Domini directi consensu valide  
hypothecentur. Ita etiam quælibet in iis tantum  
bonis, quæ afficit, puta feudalis (m) in feudo ejus-  
que pretio, reliquæ judiciales [n] in cæteris immo-  
bilibus, & conventionales (o) in mobilibus sal-  
tem, posterioribus præferuntur, dimissis tamen i-  
stis [p] ex pretio feudali pariter secundum tempo-  
ris prærogativam exsolvuntur.

(a) Ex-



(a) Expressa hypotheca quænam dicatur, jam supra *tb. 1. l. d.* explicavimus, ubi simul differentiam inter generalem & specialem, adjectam invenire licet.

(b) Constituit eam debitor in assecurationem scil. debiti, tam per contractum, quam in ultima voluntate, per *l. non est mirum 26 ff. de pign. act. l. Lucius 12. ff. de alm. & cib. leg. cum simil.* Illamq; non verbis modo interpretantes, sed etiam literis inter absentes, *l. pignus 1. ff. de pign. act. l. contrahitur 4. l. creditor. 23. §. un. l. pen. §. idem 1. ff. de pign.* etiamsi non ipse totam obligationem scripserit, sed tantummodo subscripserit, & sigillaverit, *l. sicut. 8. §. non videtur. 15. ff. quib. mod. pign. vel alterutrum saltem præstiterit, per ded. Carpz. p. 1. c. 17. def. 21. & 22, Richter. d. c. 4. sect. 2. n. 194.* imo etiamsi per mandatarium tantum pignus constituit fecerit, arg. *l. restituta 37. ff. ad SCt. Treb. l. qui mandat. 56. de solut. l. procurator 1. C. si res aliena.* Quo casu tamen hypotheca non ex tempore mandati, sed constitutionis a mandatario factæ æstimatur, per *ded. Salg. p. 1. c. 30. n. 10. usq; 30.* Nec ad rem pertinet, quibus verbis fiat. *d. l. contrahitur. 4.* sed sufficit etiam, si quis tradat saltem domum in assecurationem donec debitum solutum fuerit. *Mod. Pist. p. 1. q. 77. vel aliunde appareat partes hypothecam contrahere voluisse, Nov. 136. c. 8. Carpz. p. 2. c. 23. def. 34.* Et quidem hoc requisitum, ut debitor scil. hypothecam constituat, adeo necessarium est, ut etiam consensus a iudice impetratus nullius momenti sit, nisi debitor ipse eundem petierit, *Mod. Pist. p. 4. q. 137. n. 2. Carpz. p. 2. c. 23. d. 23. Richter. d. c. 4. sect. 2. n. 95.*

(c) Dominus tamen simul sit, necesse est, cum rei alienæ oppignoratio, pura scil. & proprio nomine facta, plane inefficax sit, per *l. & qua. 15. §. quod dicitur 1. ff. de pign. & t. t. C. si res aliena. ibiq; Perez. n. 5.* licet condicionalis, si nim. res debitoris facta fuerit, sustineatur per *l. si fundus. 16. §. aliena 7. ff. de pign.* illa etiam veri domini consensu vel ratihabitione confirmetur. per *l. aliena. 20. pr. ff. de pign. act. Perez. d. l. n. 6.* ut & quæ tutorio vel administratorio nomine contrahitur, cæteris paribus omnino teneat, *Struv. ad tit. ff. quæ res pignori. Ex. v. c. 26. tb. 17.* Dominum autem dum dicimus, simul desideramus ad hypothecam immobilium, ut de iisdem iudicialiter investitus fuerit, per *ded. Carpz. p. 2. decis. 127. n. 10. 17. & seqq.* cum dominium eorundem in foro Sax. aliter non transferatur, per *Nov. Elect. Decis. 61. it. Carpz. p. 2. c. 39. d. 35. it. l. 1. t. 10. resp. 102.* adeoque & hypotheca desuper constituta invalida sit, ita tantum, ut in majoratu, vel feudalibus, licet verus successor ratificet, consensum tamen a putativo saltem domino extractum nullum manere, asserat *Salg. p. 2. c. 10. n. 1. & seqq. it. 51. 59. & pass.*

(d) Ad hanc impetrationem quoq; non sufficit, ut requisita paulo post deducenda observentur, sed etiam ut ea fiat adhuc ante decoctionem

& fallimentum debitoris, motumq; concursum, postea etiam bonis jam creditoribus factis communibus debitor eorum administratione exutus hypothecando nihil agit, nec reliquis præjudicat, *Stracha de Decret. p. ult. n. 16. Carpz. p. 2. c. 22. d. 25.*

(e) Bona præcipue triplicia, mobilia scil. immobilia & nomina perhibentur esse *in textu der Ehur S. Proc. Ordn. tit. 46. pr. it. l. a divo Pio. 15. §. in venditione 2. ff. de re Jud. cum simil. Faber. in C. l. 8. t. 6. d. 14. n. 11. Berl. p. 3. concl. 33. n. 4.* quorum media, immobilia scil. iterum subdividuntur, in feudalia & allodialia, hisque associata emphyteutica & censitica, de quibus, cum jam supra *tb. 3. l. a. it. tb. 2. l. a.* dictum sit, ab ejusdem recapitulatione merito abstinemus. Unicum hoc solummodo addentes, immobilibus etiam annuos redditus annumerari, sive ex fundo, sive sola personali obligatione debeantur, *per Const. Elect. 24. p. 3. ibiq; Carpz. def. 1. 2. 3. Berl. p. 3. c. 34. n. 19. & seqq. Richt. d. c. 4. f. 2. n. 85. & seqq.* exceptis tamen iis, quorum dies cessit, quæ non secus ac alii fructus pro mobilibus habentur, *Gail. l. 2. ebs. 10. n. 3. Köppen. dec. 24. n. 20.* Iisdem immobilibus sc. accenset etiam molendina pneumatica, *Nov. Elect. decis. 53.* nec non navalia, aquis tanquam ipsorum solo insistentia, *Struv. ex. Feud. c. 6. aph. 11. n. 6. & 7. post Hering. de Molend. q. 8. n. 16. & seqq.* licet olim pro mobilibus habita fuerint, teste *Carpz. p. 3. c. 24. d. 8.*

(f) Diversimode diversa ejusmodi bona oppignoranda esse, non eorum qualitas modo, sed & *text. d. Ord. Proc. in pr.* desiderat, *verb. so wird es auch mit Verpfändung derselben/wenn es beständig geschehen sol/unterschiedlich gehalten etc.*

(g) Mobilia ut & nomina absq; consensu magistratus, & omni solennitate, oppignorari posse, itidem probat *textus der Ehur S. Pr. Ordn. d. t. 46. in pr.* denn was die beweglichen Güter anlanget/ so können solche von dem/welchen sie zugehören/ohne einige Solennität beständiglich wol verpfändet werden/*it. S. Ferner. Die Nomina oder außenstehende Schulden betreffend/hat es keinen Zweifel/das dieselben quoad actionem personalem, ohne solennität/so wohl als die fahrende Habe verpfändet werden können. Moller. ad C. 23 p. 2. n. 36. it. Carpz. ib. def. 7.*

(h) Conventionalis hæc oppignoratio, in modo cit. textu præpripis quidem ad actionem personalem restringitur, forsitan, quod ad immobilia competens quondam pro immobili quoq; habita fuerit, *per late ded. Berl. d. c. 33. p. 3. n. 7. Mod. Pist. q. 124. p. 3. n. 17.* Cum tamen *Seren. Elect. in d. c. 46. Ord. Proc. §.* so lassen wir auch. tandem etiam jus reale tam in mobilibus quam immobilibus (solis feudalibus exceptis) adeoque in emphyteuticis quoque & censiticis obtentum extra judicialiter oppignorare concedat,

dat, non immerito utrumque etiam in thesi conjunximus. In feudalibus vero impetrata hypotheca omnimodo excepta manet, utpote quæ nec sine novo Domini consensu vel ad minus confirmatione cessionis in alium transferri, *per text. d. Ord. Proc. ibi §. aber was das dingliche Recht / Carpz. tr. de oner. Vas. dec. 2. pos. 7.* & consequenter nec hypothecari poterit. Pro ut etiam in Concurfu J. S. a. Bernstein, ad ejusmodi consensu Domini assecurata nomina feudalia concurrentes conventionales hypothecarii posterioribus arrestantibus in Judicio Appell. Sax. ante aliquot annos postpositos fuisse novimus.

(i) Immobilia in foro nostro Sax. consensu Magistratus hypothecari debere, itidem sancitum est, *in Ord. Proc. Elect. d. t. 46. §. aber. ibi.* Unbewegliche Güther sollen vor der Obrigkeit und Gerichten / darunter sie gelegen / verpfändet / und daselbst insinuirt oder Sunst ausbracht werden. *it. Const. 23 p. 2. & quidem immediati per d. verba darunter sie gelegen. conc. art. 21. l. 1. Landrecht. Coler. p. 1. dec. 17. n. ult. Carpz. d. c. 23. d. 20.* quique simul inferiorem desuper Jurisdictionem habeat, juxta *Ord. Provinc. Sax. de anno 1555. tit. was zu Ober, Nieder, oder Erbgerichten gehörig / Coler. de proc. exec. p. 2. c. 1. n. 138. Berl. p. 2. c. 29. n. 69. Carpz. ib. d. 21. Richt. d. c. 4. §. 2. n. 44. 49. & seqq.* in tantum, ut superioris mediatique consensus adhibitus, licet verum jus hypothecæ tribuat, prælationem tamen præ aliis coram immediato inferiorique Judice, dem unmittelbar ihren Erbgerichts Herrn insinuat & confirmatis hypothecis, licet posterioribus, neutiquam conferat, *per ded. jura & præjud. ejusd. Carpz. p. 1. decis. 64. Richt. d. l. n. 53.* Non secus ab hypotheca bonorum immobilium coram testibus constituta, quæ Judiciali pariter anteponi nequit, licet illam tandem eatenus admittat, ut chirographariis præferatur *d. const. 23. p. 2. it. Proc. Ordtn. d. t. 46. §. Do auch. Richt. d. c. 4. §. 2. n. 124.* & quidem stricte non tantum post Judiciales forsitan adhuc ante arresta, uti voluit *Carpz. d. c. 23. def. 14. n. 5. & seqq.* sed omnino etiam post privilegiatos, secundum *text. express. Nov. Elect. Decis. 60. vers. So ordnen / setzen &c.* licet quoad mobilia ordinem temporis retineat, *ib. inf.* Et hæc oppignorationis requisita tam generaliter observanda sunt, ut nec mercatorum, teste *Carpz. d. c. 23. d. 2.* nec nobilium, aut etiam illustrium personarum mobilia aliter valide oppignorari possint, *Moll. ad d. Const. n. 15. Carpz. ib. d. 1. Berl. d. c. 29. n. 7. Richt. d. l. n. 51. & seqq.* Sed quid in Judice ipso vel bona sua alteri hypothecante, vel hypothecam a subdito recipiente? Utrumque sine superioris consensu valide fieri posse, & Judicialem hypothecam operari, docent *Rauchb. p. 1. qu. 24. Carpz. d. c. 23. d. 6.* quod etiam eatenus confirmat, dum tamen Actuarius judicii Juratus adsit, & hypothecæ constitutio vel a Domino, vel ipsi facta, coram eo ad Acta insinuata fuerit. *Nov. Elect. Decis. 38.*

(k) De

(k) De hypothecatione bonorum feudaliū, & quod in eandem non iudicis Jurisdictionalis, sed Domini directi, ejusq; pariter immediati, & quidem in ipsam hypothecam expresse d. rectus consensus impetrari debeat, cum jam supra *tb. 2. lit. c. & d.* explicatum fuerit, supervacanea repetitio & hic quiescat.

(l) Emphyteutica & censitica moribus hodiernis ad instar patrimonialium redacta esse, & allodialibus æquiparari, itidem supra *tb. 3. l. 4.* deduximus. Unde circa hypothecationem eadem observanda esse, quæ supra in genere de immobilibus tradidimus, non obscure d. gnoscutur. Cum tamen & hic quoq; dominium directum considerandum sit, requiritur insuper, ut, si dominus Jurisdictionis non simul directus etiam fuerit, consensus in hypothecam ejusmodi bonorum ab utrisq; simul impetretur, *per text. d. Const. El. 23. §. Wann auch h. it. De Chur S. Proc. Ordn. d. t. 46. §. Würde sichs auch. verb. Des Lehn und Gerichts, Herrn Consens zugleich und conjunctim, quibus sanctionibus Seren. Elect. magnam Dd. pugnam sopivisse asserit Carpz. d. c. def. 22. n. 4. & seqq. Berl. d. 26. n. 70. & seqq.*

(m) Feudales hypothecarios expresse consensu munitos tam in feudo, quam ejusdem pretio, feudique fructibus præferri, textus est expr. in *const. 25. vers. Auff den Fall. it. vers. Jedoch. nec non Ord. Proc. Elect. d. t. 46. §. wenn aber. vers. Jedoch soll.* Id quod tamen ad eos solos haud restringendum, sed de reliquis etiam tam ex immisione, quam arresto, nec non privilegiata tacita hypotheca jus reale in feudo habentes, intelligendum est, *per supra tb. 2. l. d. & e. ded.*

(n) Judiciales respectu immobilium eodem Jure censerri, & extra judicialibus, ut & coram superiore vel testibus constitutis hypothecis, non in ipsa re tantum, sed fructibus quoq; , ut & pretio præferri, & ex præmissis sequitur, & patet simul *ex d. const. 23. p. 2. it. Proc. Ordn. d. tit. 46. §. wenn aber vers. Jedoch in f. ibi.* gleichwohl in alle Wege die Gläubiger/ denen das Guth mit Consens verpfändet/ auch in den Früchten vorgehen. De quo cum etiam supra *tb. 1. lit. k. & l.* jam actum, illuc itidem remittimus.

(o) Conventioalem den que hypothecam in mobilibus aliis, exceptis fructibus, omnibus posterioribus etiam Judicialibus præferri, itidem ex superioribus sequitur, *& d. tb. 1. l. k. pariter jam probatum fuit.*

(p) Post exsoluta tamen debita feudalia, vel judiciali pignore munita, conventionales ejusmodi hypothecas, nec non personaliter privilegiatos & chirographarios creditores, ex pretio quoq; feudi, vel aliorum immobilium, secundum jura prioritatis cuiq; competentia dimittendos esse probat *textus in Const. Elect. 25. vers. do aber. p. 2. ibi: Da keine Gläubiger/ so ausdrückliche Verpfändung haben/ vorhanden/ so sollen diejenige*  
gen/

gen/so tacitam hypothecam auf den Erbauthern haben/ün ferner die an-  
dern Gläubiger nach Gelegenheit ihres Rechts von der Uebermasse der  
Kauffgelder bezahlt werden/ id quod etiam deducunt *Moller ib. n. 3. §*  
*11. Sem. 3. it. Carpz ib. def. 1 n. 5. § seq. nec non p. 1. c. 28. d. 123. ut § Richter.*  
*r. 4. Sect. 1. n. 47. § 48. &c.*

THESIS V.

Immissionis (a) jus reale competit ei, qui pro debito  
etiam personali, sive cautionato sive confessio-  
nato (b) saltem, tam in allodiis quam feudis, (c) a  
Judice competente (d) executionem realem (e)  
impetravit. Imo licet ea per vim debitoris (f) vel  
Judicis dilationem (g) impedita fuerit, nec non,  
si post comminationem debitor (h) creditori  
possessionem voluntarie tradiderit, idem tamen  
jus a die [i] vel immissionis factæ, vel possessionis  
apprehensæ, consequitur.

(a) Immissionem non secus ac reliquas hypothecas jus reale conferre,  
jam supra *t. b. 1. lit. b. & c.* dictum, hic ergo saltem addendum est, cui jus  
hoc competat, & quomodo impetratur. Breviter, datur creditori, qui  
executionem pro debito suo impetravit, quæ sive post ordinarium pro-  
cessum, ad normam scilicet prævisæ sententiæ, sive etiam viâ executivâ,  
post productionem & recognitionem documenti, aut confessionem de-  
bitoris, vigore decreti, vel principalis rescripti conceditur, perinde est, *per*  
*text. Der Ehr. S. Proceß. Ordtn. tit. 47 pr. ibi.* wenn einer uff vorgehenden  
ordenil. Proceß und Recht/ oder auff klahr Brieff und Siegel/ die ver-  
möge der Landes Ordnung paratam executionem haben/ die würckliche  
Hülffe/ *rc. Moller. ad C. 28. num. 68. Berl. concl. 68. n. 3. 9. § seqq. Carpz. ib.*  
*def 137. § 138.*

(b) Instrumentum quidem desiderare videtur, *d. Ord. Proc. ib. verb. 0.*  
*Der auff klahr Brieff und Siegel/ sed exempli saltem gratia id positum*  
*esse, alia q; probationes debiti neutiquam excludere, probat Const. Elect.*

25. p. 1. in f. verb. Brief und Siegel oder andere Nachricht ihrer Schuld. prout etiam executionem factam super debito a debitore confessio, Carpz. d. def. 138. & a testibus probato, Berl. d. concl. 68. n. 11. & seqq. pluribus defendunt. Et ipsi meminimus, non modo tota die ad nudam confessionem debitorum, literas ignorantium, executiones decerni, sed etiam talem in Concursu Waltheriano coram commissariis in Electorali Dresda pendente non ita pridem pro valida judicatam, judicatumque in Appell. Judicio confirmatum esse.

(c) Executionem hanc non in allodialia modo, sed & feudalia bona decerni, & in hisce quoque Jus reale conferre, jam supra tb. 2. lit. d. deductum est, & insuper ex d. t. der Proc. Ordtn. traditig, Richt. d. c. 4. s. 3. n. 48. abunde patescit, unde pluribus id rationibus stabilire haud necesse erit.

(d) Sicuti omnis actus judicialis judicem competentem desiderat, per alleg. ad. c. 1. tb. 1. l. c. ita etiam executio quoque regulariter a nemine nisi ordinario loci, cuique jurisdictio in debitorem ejusque bona competit, expediri poterit. per ded. Hartm. Pist. p. 1. qu. 15. num. 30. & seqq. Berl. p. 1. concl. 81. moderamine tamen circa feudalia bona adhibito, si Judex ille non simul dominus feudi directus fuerit, ut & hujus rescriptum desuper impetretur, utpote sine quo executio tantummodo fructus feudi afficeret, sext. der Proc. Ordtn. tit. 40. §. 1. Pist. Berl. ib. it. Richt. d. c. 4. num. 50. vide supra tb. 2. l. e.

(e) Realem autem executionem consuetis ubique solennitatibus factam, ad consequendum Jus reale desideramus, per text. d. Ord. Proc. t. 47. §. es ist aber. ibi. alleine von den Hülfen/ welche würckl. und actualiter durch Aushauung eines Spahns oder andere gewöhnliche solennität ergangen. Richt. ib. n. 9. adeoque non sufficiet nuda comminatoria, nec executoriales litteræ, per eund. text. ib. verb. die nicht nur durch Befehliche/ oder comminationes, ohne Bollstreckung angeordnet seynd. Berl. c. 68. p. 1. num. 14. Carpz. ad d. c. 28. d. 139. adeo, ut si alius interim præveniat, & executionem realiter impetret, alteri sine dubio quoque præferendus sit, per supra tb. 1. ded.

(f) Uti nulla regula sine exceptione, ita & hæc limitatur, 1. si realis executio per vim vel debitoris vel etiam hostium nec non alio casu fortuito impedita fuerit. Berl. d. l. num 17. Eo enim casu executio nihilominus pro facta, & immitti impeditus, pro immisso habetur, per l. cum unus 12. §. 2. it. l. quamvis, 13. ff. de reb. ant. Jud. poss. prout etiam pluribus deducit & præjudiciis confirmat, Carpz. p. 1. decis 95.

(g) Altera exceptio ex facto Judicis provenit, debitori dilationem ulterio-

terio-

teriolem concedentis: Id quod, cum creditori tanquam tertio non debeat nocere, arg. l. factum. 170. ff. de R. I. & c. ea que fiunt 26. c. imputari 41. & c. cum non stat. 66. eod. in 6. non immerito & hoc casu immittendus, pro immisso habetur, per ded. Carpz. d. c. 28. def. 141. post Moller. ib. num. 38. & seqq. Brunnem. ad d. l. cum unus. 12. ff. de reb. aut. jud. poss. dummodo in hanc dilationem voluntarie non consenserit, utpote quo sibi in prioritatem competitura omnino præjudicaret, teste Carpz. ib. def. 142. Richt. ib. n. 43. Tusch. pract. concl. t. 6. c. 938.

(h) Tertiam denique limitationem suppedat ipsa Ord. Pr. Elect. d. t. 47. §. es ist aber. quando scilicet debitor, post acceptum scilicet præceptum executivum, possessionem sponte dimisit, & creditori tradidit, ubi expresse disponitur, illam per apprehensionem hujus possessionis pariter jus reale consequi. Cujus etiam præjudicium exhibet Carpz. ib. def. 140.

(i) A tempore vel realiter factæ, vel in casu violenti impedimenti, & a Judice datæ dilationis, a die destinatæ immisionis, nec non ultimo modo ab apprehensa possessione, jus reale incipere probat text. ejusd. Ord. Pr. ib. verb. ein solch dinglich Recht/welches der priorität und Vorzugs haben von der Zeit an/da er solches erlanget/ i. §. seq. in f. ibi. welcher durch die apprehendirte possess gleichfals ein dinglich Recht erlanget haben soll/ Richt. d. c. 4. sect. 3. n. 8. in med.

#### THESIS VI.

Tandem & arresti [a] prioritas, [b] in hac classe assignatur ei, [c] qui illud itidem a competente [d] Judice vel in feudalibus (e) a Domino Feudi debito modo (f) impetravit, & renovavit.

(a) De Arresto, & quod etiam jus reale attribuat, similiter jam supra th. 1. lit. f. it. th. 2. l. e. dictum est, unde & hic, non secus ac th. priori circa judicialiter immisos, saltem adjiciendum restat, quinam ejusdem Jure, qualiterque & a quo tempore gaudeant.

(b) Prioritas ergo arresti incipit statim ab eo momento, quo arrestum impositum, & judicialiter registratum fuit, per text. der Chur S. Proc. Ordtn. d. t. 48. pr. ibi. und gehet solch der Arrestanten Recht von dem Tage und Stunde an/da sie erstlich den Kummer schriftlich angeleget/und derselbe (welches unverzüglich und specificè zubeschehen) gerichtlich registriret worden/id quod etiam repetitum extat, in Resol. Grav. Provinc. Elect.

*Sax tit. Justitien-Sachen. § 9 ibi.* so soll der uff diese Masse registrirte Arrest, den nachfolgenden vorgehen/und vor den ersten/rote a ich wegen dessen Verneuerung und Uebergebung der Summe-Klage a tempore registraturæ. wie sonst bräuchlich/gehalten werden. *Berl. concl. 69 p. 1. n. 3. licet non statim recognitio desuper exhibita sit, & alius interim idem jus impetret. Moll. l. 3. sem. 44. n. 10. & seqq. cum factum iudicis parti nocere nequeat, nec etiam gratificationi locus relinquatur, Berl. ib. n. 5. Carpz. c. 28. d. 145.*

(c) Assignatur in concursu jus hoc arresti extra dubium unicuiq; cui antea concessum fuit. Conceditur autem non modo creditoribus, qualescunq; illi fuerint, *Peck de Jure sistendi. c. 3. n. 1. & seqq.* etiam Vasallo erga Dominum feudi, *Carpz. d. c. 29 d. 27.* nec non liberis ad bona parentum, *Id. ib. d. 28.* fiveq; purum five conditionale adhuc, vel in diem debitum quis prætendat, *per l. quæsum. 4. ff. de pign. l. si arbitrio. 10. l. inter omnes 12. ff. qui satis d. cog. Carpz. c. 28 d. 47. Rsch. d. c. 4 s. ult. n. 65.* sed etiam fidejussoribus, licet nondum facta solutione, *per ded. Heig p. 2. qv. 7. 95. Hering de fidej. c. 5. n. 45. Carpz p. 3. decis. 271 n. 20. & seqq.* Ideoq; & illi omnes per supra *th. 1. ded. posterioribus hypothecariis merito præferuntur.* Prout etiam Fidejussorem quendam, licet nondum facta solutione, in Concursu Schleiniz-Puzkaviensis, per sententiam Designationis anno 1655. publicatam, cum ejusmodi arresto suo ordine locatum & assignatum fuisse memini. Imo etiam ab alterutro saltem correo debendi, vel socio bonorum ob debitum societatis impetratum, alteri quoq; consorti prodest. *per text. det. Ehrst. Proc. Ordin. 1. 2. 51. §. von eines andern vers. oder aber. Berl. p. 1. c. 74 n. 145. & seqq.*

(d) Competens hic etiam regulariter est iudex, non meri imperii, nec superioris, sed bassæ jurisdictionis, *det. die Erb. Gerichte hat/* quippe ad quem omnes causæ pecuniariæ pertinent, *per supra cit. Ord. Provinc. El. Sax. de anno 1555. Carpz d. c. 29. d. 17.* in tantum, ut nonnullis in civitatibus, apud Senatum etiam impetratum arrestum haud subsistat, *Id. ib. def. 18. & si debitor alibi domicilium, alibiq; bona immobilia sita habeat, super hisce in loco rei sitæ simul impetrari d. bet. per text. det. Pr. Ordin. tit. 51. §. es soll aber vers. darumb. Carpz. ib. d. 20.* cum nec in certis bonis impetratum ad alia extendatur, *Carpz. ib. d. 35.* nec territorium iudicis excedat, *l. ult. ff. de Jurisd. it. Proc. Ordin. d. 1. 51. §. sonderlich.* licet in foro domicilii impetratum mobilia, etiam alibi sita, tanquam juris fictione omnibus debitoris adhaerentia, afficiat, *Coler. de proc. exc. p. 1. c. 3. n. 245. Carpz. ib. d. 21.* In Electorali tamen nostra Cancellariâ generali Arrestum impetrans jus reale etiam in bonis alibi, sub Electoratu tantummodo, sitis, imo & in bonis futuris consequitur, *per text. ejusd. Ord. Proc. d. 1. 51. §. wenn aber in unser Cansley. Carpz. ib. d. 23. & 36. it. p. 1. decis. 64.*

De



(e) De Arresto bonorum feudalium ab ipso Domino feudi impetran-  
do, & alias fructus solummodo afficiente, itidem jam supra *ib. 2. l. f. actum*,  
quo idcirco remittimus.

(f) Modus vel forma impetrandi arresti, partim impositionem par-  
tim renovationem ejusdem concernit. Circa priorem duo præcipue re-  
quiruntur, scil. 1. ut debitum vel per exhibitionem obligationis vel alio  
modo probabiliter demonstratur, *per text. d. Ord. Proc. t. 51. §. Diweil aber. ib.*  
*ib. daß er erstlich seine Schuldforderung durch Urkunden oder andern*  
*Glaubwürdigen Schein darbringe/ cui concordat Ord. Torg. de anno 1583.*  
*tit. von Arrest. §. es habe denn. Carpz. d. c. 29. d. 6. & 2. ut probetur etiam de-*  
*bitorem facultatibus lapsum, multoq; ære alieno obstrictum esse, per easd.*  
*Ord. ib. verb. daß der Schuldner mit vielen Schulden beladen/ und in*  
*Abfall seines Vermögens gerathen/ Carpz. ib. d. 7. licet non tam exacte,*  
*modo aliquantulum saltem, & verisimiliter per d. text. Der Landes grav. Erör-*  
*terung de anno 1661. tit. Justitien. Sachen. §. 9. ibi. wenn auch der creditor*  
*den Abfall der Nahrung bey den Debitore nicht so gar exacte, oder genau/*  
*gleichwohl etlicher massen bescheinigen kan/ prout etiam jam antea ita re-*  
*sponsum fuße testatur. Carpz. ib. def. 8. ubi simul plures probandi modos*  
*indigitat. Quoad posterius vero requiritur, ut ita impetratum arrestum de-*  
*inde, à tempore registraturæ, per supra ded. de quaterdena in quaterdenam,*  
*von 14. zu 14. Tagen/ adhuc bis renovetur, & ultima vice simul libellus*  
*arrestatorius offeratur, citatioq; impetretur. per Const. Elect. 29. p. 1. ibiq;*  
*Carpz. def. 9. item Ord. Torg. d. t. nec non Proc. Ord. t. eod. t. §. wie aber ibi:*  
*daß ein ieder Summer alsbald er verstattet/ von 14. zu 14. Tagen zweier*  
*vernueret/ und also/ (das erste Suchen mit eingerechnet) drey mahl pro-*  
*sequet/ und neben den dritten und letzten Summer die Klage eingebracht/*  
*auch hierbey umb Citation angesuchet werden soll. Quod tempus quater-*  
*denarum etiam præcise de momento in momentum currit, adeoq; nec an-*  
*ticipare nec prorogari poterit, per C. 28. p. 1. §. ferner. vers. von der Stun-*  
*de an. cum simil. Berl. concl. 74. n. 122. & 125. Rauchb. p. 1. qu. 3. n. 15. Carpz.*  
*c. 29. def. 9. 10. 11. & 12.*

## CAPUT V.

De

# QUARTA CLASSE CREDITORUM PERSONALE TANTUM PRIVILEGIUM HABENTIUM.

K 3

THE-

THESIS I.

In hac classe nulla (a) prioritatis, nec etiam tituli habetur ratio, sed omnes pro rata (b) debiti admittuntur, chirographariis tamen præferuntur. (c)

(a) Supra c. 4. tb. 1. deductum est, Regulam vulgatam: qui prior tempore, potior Jure, in c. qui prior. 54. de Rj. in 6. fundatam, pertinere solummodo ad hypothecarios, Carpz. ad d. c. 28. d. 12. n. 10. Cum itaq; in quarta hacce classe positis personaliter saltem privilegiatis, nulla simul hypotheca, nullumq; plane jus reale competat, per text. der Ehur. S. Pr. Ordtn. tit. 41. § zum Bierdten. ibi. ob sie wohl kein dinglich Recht haben. Non est mirum, quod inter eos nulla temporis nec tituli ratio habeatur, prout id satis innuit d. C. 28. inf. verb. ohne Unterscheid der Zeit. it. l. privilegia. 32. verb. licet diversitates temporis in his fuerint. ff. de reb. aut. jud. poss. Berl. concl. 70. n. 26. § 27. post ibi alleg. it. Carpz. c. 28. d. 149.

(b) Pro rata idcirco concurrentes assignari debere, ex eo ipso constitutum est, quod simul ac sine discrimine admittantur. Cui insuper etiam accedit, quod privilegiatus contra pariter privilegiatum privilegio suo uti nequeat, l. verum 11 §. item queritur. 6. ff. de minor. item, quod & alias in tributum vocati pro rata distribuunt, arg. l. procuratoris. 5. §. plane 17. ff. de trib. act. Carpz. d. l. Köpp. dec. 28. n. 40. Berl. d. l. Richt. c. 5. n. 7. § seqq. Rata vero inter creditores diversarum summarum non secundum proportionem arithmeticam, ut scil. tot fiant portiones, quot sunt personæ, sed geometricam instituenda est, ut pro quantitate scil. debiti, unusquisq; vel plus vel minus recipiat, e. g. si ad 30. fl. concurrant, Mævius & Titius uterq; 20. flor., cum Seio 10. fl. creditore, proportio huic saltem 6. & priorum utriq; 12. fl. deferret, per ded. Wissenb. ad tit. ff. de trib. Disp. 28. tb. 23. in f.

(c) In hoc ergo solo privilegium personale consistit, quod nudis chirographariis adhuc præferantur, per text. d. c. 41. Ord. Proc. § zum Bierdten. verb. daß sie vor den Gläubigern/so kein dinglich Recht haben/bezahlt werden/it. d. Const. 28. in f. verb. die andern/so sonst in Rechten privilegiert, und letztlich die chirographarii &c. item Proceß Ordtn. t. 50. pr. wenn nach Bezahlung aller derer creditorn, so vorhero erzehlet/ von des Schuldners Güthern etwas übrig/ so dann werden erst die chirographarien 2c. Carpz. Berl. § Richt. ib. Restringitur tamen hæc prælatio solummodo ad debitoris ejusq; heredum concursum, bonis enim in alium alienatis, cum debitum ejusmodi eadem nullo jure reali afficiat, nec possessorem proinde sequatur, & privilegium quoque expiret, necesse est, per l. fin. ff. de contr. emt. cum simil. Hartm. Pfl. l. 3. q. 15. n. 15. § seqq.

THE.

Ejusmodi personale privilegium habent, deponens  
 (a) ratione rei depositæ amplius non extantis, ali-  
 mentarius (b) pro residuis alimentis, ut & aliæ piæ  
 causæ, Creditor pecuniæ sine usuris (c) mutuo da-  
 tæ, Venditor (d) in residuo pretio nullo pignoris  
 jure assecurato, Item, (e) qui ad emendam (f) rem  
 itidem absq; constitutione hypothecæ credide-  
 runt, vel debitorem captivum (g) ab hostibus libe-  
 rarunt, Creditor cambii (h) nec non sumtum (i)  
 in Sententia adjudicatorum, Civitas creditrix, (k)  
 Sponsa (l) quoq; pro dote consumta nuptiis non  
 secutis, & alii, [m]

(a) Depositem adhuc extans in prima statim classe omnibus creditori-  
 bus præferri supra c. 2. th. 1. e. deduximus. Consumtum vero in hanc quar-  
 tam rejicitur, per Ord. Jud. Elect. Sax. t. 49. pr. verb. die Schuld/welche von  
 einen zu treuen Händen hinterlegten Guthe/ das der Schuldner verthan  
 hat/herrühret. it. l. si ventri. 24. §. in bonis 2. ff. de reb. aut b. jud. poss. Carpz. ad  
 d. c. 28 d. 150. it. post ibi alleg. Faber. in C. l. 4. t. 25. d. 3. Salg. in lab. p. 1. c. 11. n. 106.  
 Richt. d. c. n. 10. Uti autem & hoc privilegio indignus videtur, qui usuras,  
 præsertim expressa novatione interveniente, stipulatus est, & accepit, Lau-  
 terb. ad t. ff. depos. §. 2. th. 8. Brunnem. ad l. si hominem 7. §. pen. ff. eod. n. 7.  
 Ita econtra huc non pertinet, sed ad classem hypothecariorum referendum  
 est, judiciale depositum, quod judex ad se recepit & consumsit, per Const.  
 28. p. 1. it. Proc. Ordtn. d. t. 49. pr. Quæ sanctiones licet arrestantium sal-  
 tem mentionem faciant, quod scil. iis præferendum sit hoc judiciale de-  
 positum, quoniam tamen arresta cum hypothecis hodie pari passu ambu-  
 lant, quin & hisce posterioribus præferatur, non ambigendum est, Carpz.  
 d. c. 28. d. 151. Richt. d. c. 5. n. 12. & 13. ubi Berl. d. c. 70. n. 4. ejusmodi deposti-  
 tum etiam arrestis prioribus præferentem refutat.

(b) Idem

(b) Idem privilegium personale tribuit Seren. Elect. Sax. pijs causis & alimentis, in d. t. 49. §. alles. *ibi.* was zu milden Sachen und alimenten gehörig. exceptis tamen a prioribus, quæ Ecclesias, Scholas & Hospitalia ipsa concernunt, quibusque supra tacita hypotheca assignata est. Uti itaq; per reliquas pijs causas saltem intelliguntur relicta forsitan pauperibus, orphanis, alumnis, studiosis, & ejusmodi miserabilibus & favorabilibus personis, nec non ad alios pijs usus destinata, per *ded. Tiraquell. de priv. pie caus. §. it. relictum. Reusner. V. 2. p. 4. de testam. c. 11. n. 8. Carpz. in Jurispr. Consist. l. 2. tit. 21. d. 330. Richter. d. c. 5. n. 24.* Ita e contra sub alimentariis non comprehenduntur debitoris liberi, utpote quibus ante exsolutum æs alienum nulla competunt alimenta, teste *Carpz. ad C. 28. d. 157.* sed solummodo extranei creditores, quibus ex contractu, vel Juris dispositione eadem debentur, *Martin. Coler. de aliment. l. 2. c. 7. n. 3. & seqq.* & in hac classe ipsis assignanda sunt *Carpz. ib. d. 102. item Salg. in lab. p. 1. c. 23. n. 97. & seqq.* sive pauperes sive divites fuerint, *l. cum bi. 8. §. nihil autem. 7. ff. de trans. act. Berl. d. c. 69. n. 7. Richt. d. c. 5. n. 26.*

(c) Cum favorabilior sit ejus causa, qui de damno vitando certat, præ alio, qui lucrum quærit, non immerito mutuo gratuito parile privilegium attribuitur, quo scilicet homines, si non odio usurarum, tamen prioritatis privilegio ad operas charitatis invitarentur, *Ord. Proc. d. tit. 5. Wenn auch. ibi: Wenn einer Geld ohne Zins geliehen / ist er dermassen privilegirt / daß er vor allen andern Gläubigern / welche Zinse genommen / bezahlet werden soll. Carpz. d. c. 28. d. 153. Berl. ib. n. 13. Richt. ib. r. 28.*

(d) Huic quoque creditori personale privilegium assignat d. *Ord. Pr. ib. §. fin. per verba: Do einer etwas verkauft / und ihm von der Kauff Summa etwas hinderstellig / er aber hingegen nicht versichert wäre / wollen wir ihm gleichfalls ein solch personal privilegium gegeben haben. id. que ex solo singulari favore & gratia Seren. Electoris, uti opinatur Carpz. ib. d. 154. Richt. d. l. n. 31.*

(e) Quisvis *Ord. Proc. Elect. Sax. d. t.* in hisce quatuor personaliter privilegiatis subsistat, haud tamen exist mandum est, eam reliquos similes casus excludere, quin potius *ex pr. d. tit.* palam est saltem principales hic enumerari, cæteris Juris comm. dispositioni relictis, per generalia verba: sollen die bezahlet werden / so alleine personaliter privilegiert seynd / und wird hierunter sonderlich gerechnet &c. unde & *Carpz. ib. def. 155. & seqq. it. Berl. & Richt. d. locis.* alios quoque casus addunt, quorum vestigia, dum premimus, ipsorum autoritas spero nos excusabit.

(f) Ad rem emendam sine pignoris reservatione pecuniam crediti idem privilegium assignatur a saepe laudato *Carpz. ib. def. 185. id quod cum in l.*

*in l. qui in navem. 26 it. l. quod quis. 34. ff. de reb. aut. Jud. poss. Auth. quo jure. C. qui pot. in pign. & sim. fundetur, non immerito subleitur. Prout etiam confirmant Rauchb. p. 1. q. 5. n. 11. Hartm. Pist. p. 3. q. 15. n. 13. Richt. d. c. 5. n. 34. Pupillam autem minoremq; ad emendum mutuantes etiam sine expressa reservatione tacitam hypothecam habere, & vigore illius statim in secundam classem collocari jam supra c. 3. tb. 5. lit. c. dictum est.*

(g) Pecuniæ pro redemptione debitoris captivi mutuatae, dem *Nanglon* Selde/idem personale privilegium assignat *Carpz. p. 3. decis. 279 n. 15.* tum quod pro pia causa habeatur, captivum ab hostibus redimere, *ib. n. 17.* tum quod etiam alias pecunia sine usuris mutuata hoc Jure gaudeat, *per supr. ded.*

(h) In Cambium datae pecuniæ adhuc extanti cum supra privilegium depositi assignaverimus, c. 2. tb. 1. lit. g. non inconvenienter eidem consumptæ idem cum ejusmodi deposito locus attribuitur, prout etiam id innuere videtur generalitas *d. Ord. Proc. t. 49 in pr. verb. die Schuld. von einem zu treuen Händen hinterlegten Guthe/ so der Schuldner verändert und verthan/ & d. l. 24. §. 2. ff. de reb. aut. Jud. & in hanc classem collocari solere præjudicio probat *Carpz. p. 3. decis. 280. n. 16.**

(i) Sumtus in sententia adjudicatos & expresso pignore non munitos, tum quod sine spe usurarum erogatae sint, tum etiam, quod non ex mutuo, sed judicato debeantur, huc etiam refert & præjudiciis confirmat *Id. Carpz. d. p. 3. decis. 280. n. 18. & seqq.*

(k) Respublica creditrix omnibus chirographariis præfertur, est *text. in l. bonis. 38. §. 1. ff. de reb. aut. jud.* id quod cum etiam de aliis civitatibus intelligendum sit, utpote quæ respectu privatorum itidem respubl. dicuntur, *Brunnem. ad l. pen. ff. de reb. aut. jud. n. 1.* iisdem etiam merito privilegium hoc assignatur, *per eund. ib. & Wesenb. ad eund. tit. ff. n. 5. Treutl. V. 2. disp. 24. tb. 7. l. f. Rauchb. p. 1. q. 4. n. 32. Vander. de priv. cred. c. 10.*

(l) Sponsæ pro dote soluta nuptiis non secutis itidem privilegium assignat, *text. in l. quaesitam. 17. §. c. sponsa. 1. ff. eod. it. l. si sponsa. 74. ff. de jure dot. Hartm. Pist. obs. 110 n. 8. & Carpz. ad c. 25. p. 2. d. 5. n. 5.* quem casum tamen cum raro accidat, nec ulteriori deductione indigere putat *Brunnem. ad d. l. quaesitum. n. 3.*

(m) Alios quidem nonnullos adhuc adjungunt *Berl. d. concl. 70. n. 17. Richt. d. c. 5. n. 35. & seqq.* sed cum nec textibus ubique satis fundati videantur, nec desuper præjudicia nostri fori nobis obveniant, in præcedentibus acquiescimus. Unicum adhuc jam supra *tb. 4. lit. f.* memoratum casum hypothecæ coram testibus constitutæ repetentes, quam, cum post omnes personaliter privilegiatos, & solummodo ante chirographarios collocandam

L

velit

velit, *Nov. Elect. Decis. 60.* omnium commodissime hoc caput, & classem quartam claudere videntur.

CAPUT VI.

De

QVINTA CLASSE CHIROGRAPHARIORUM.

THESIS I.

In hac ultima (a) Classe collocantur, qui nudo debitoris chirographo (b) innituntur, vel etiam per confessionem, (c) testes, aut aliter debita probant.

(a) Chirographarios ultimam hanc classem occupare, & post omnia hucusque deducta debita exsoluta, demum admitti probat *Const. 28. §. 1. in f. verb. und lezlichen die chirographarii item Proc. Ordtn. tit. 50 pr. ibi.* Wenn nach Bezahlung aller derer Creditorn, so bisher erzehlet worden/ etwas übrig/ so werden dann erst die chirographarii und gemelnen Gläubiger bezahlet/ *it. l. creditor. 12. §. si primus. 2. ff. qui pot. in pign. l. cum tibi. 10. C. eod. cum simil. Moller. ad d. const. 28 n. 84. Wesenb. in parat. ff. de privileg. cred. n. 9. Berl. concl. 71. n. 1. Carpz. ad d. c. def 158. Richt. c. 6. n. 1. Nisi paterni sint, & forte cum heredis creditoribus concurrentes jure separationis prælationem præ hisce obtinuerint. De quo cum supra c. 1. tb. 7. l. b. & c. jam actum sit, illuc remittimus. Quinam autem chirographariorum nomine contineantur, ex descriptione in thesi præmissa facile judicare licet, & exhibet etiam catalogum quendam *Richt. d. c. 6. n. 5. & seqq.* Præprimis tamen notandum, & donationem propter nuptias, nisi speciali expressâ hypothecâ munitam huc refert, *per text. der Proc. Ordtn. tit. 43. §. so wollen. Carpz. c. 28 d. 91. Richt. c. 3. sect. 1. n. 120.**

(b) Chirographum, quod alias simplex obligatio, vel cautio, *l. La-beo. 2. & ideo. ff. de pact. ut & manus dicitur. l. quidam. 15. ff. de probat.* hic loci accipimus, sive debitor totum propria manu scripserit, & sive si vul signaverit, vel etiam sigillum tantum apposuerit, *per supra c. 4. tb. 4. l. a. deducta.* Id quod nec melioris conditionis erit, licet a Magistratu, sine hypotheca tamen, confirmatum fuerit, *Richt. c. 4. f. 2. n. 126.* cum ejusmodi confirmatio nihil novi tribuat. *Gail. l. 2. obs. 1. n. 3.*

(c) Per confessionem etiam vel testes, aut aliter debita probantes, quin nihilominus chirographariorum loco habendi sint, extra dubium est, *per*

per d.C. 28. in f. verb. welche Brieff und Siegel oder andere Nachrichtung  
Ihrer Schuld vorzulegen haben / quæ verba etiam repetita leguntur in  
Ord. Proc. Elect. d. tit. 50. pr. id quod nec fundamento caret, cum hic non  
tam chirographum, quam ipsum potius debitum, nulla hypotheca nec  
prælationis aut personali privilegio munitum inspiciatur, quod cum con-  
sensu potissimum contrahatur §. sed § 1. 7. de emt. vend. scripturaq; saltem  
ad probationem accedat, per l. contrahitur. 4. ff. de pign. & Sympot. it. l. in re. 4.  
ff. de fidei instrum. Utiq; etiam perinde erit, qua ratione probatio perficiatur.

## THESIS II.

Et hi omnes (a) nullo temporis (b) habito respectu  
pro rata (c) portione concurrunt, siq; bona debito-  
ris forte non sufficiant, quilibet pro eadem rata  
sui debiti quid remittere, (d) tenetur, prout etiam,  
si major (e) pars eorum (f) debitori certam quo-  
tam remiserit, reliqui ad similem (g) remissionem  
ratæ suæ nolentes quoq; obstringuntur.

(a) Indifferentes hi creditores in foro nostro simpl. admittuntur,  
scil. sive cognati, sive extranei sint, & sive cuidam magna sive alteri in-  
nor summa debeatur, per ded. Carpz. d. def. 58 Richt. d. c. 6. n. 19.

(b) Temporis præcedentiam hic etiam non attendi, expresse innuit  
d. C. 28. p. 1. in f. per verb. ohne Unterscheid der Zeit. repetita iterum in d. tit.  
50. der Ehurf. Process. Ordn. in pr. it. l. cum tibi. 10. C. qui pot. in pign. l. pro  
deb. 6. C. de bon. aut. jud. Carpz. d. def. 158. ratio cap. præced. th. 1. l. a. dedu-  
cta extat, quam huc repetere licet.

(c) Pro rata iccirco eos admitti, non modo ex hac parificatione se-  
quitur, sed expresse quoque statutum est, in d. C. 28. in f. verb. pro rata et  
nes jeglichen Schuld zugleich. quæ itidem reiterantur in der Proc. Ordn.  
d. t. 50. pr. ibi pro rata & quantitate eines jeden Schuld zugleich. it. l. procu-  
ratoris. 5. §. sed si duo 10. cum ll. seqq. ff. de trib. act. Carpz. d. def. 158. Berl. d. c.  
71. n. 1. Strach. de decoct. p. ult. n. 10. Quomodo autem rata hæc calculanda  
sit, itidem c. præced. th. 1. lit. b. deductum est, & videri potest Costa de port.  
rata qu. 74. Richt. d. c. 6. n. 20.

(f) Bonis non sufficientibus quemlibet horum creditorum, pro ra-  
ta debiti sui ad remissionem obstringi, non ex ipso facto modo consequi-

tur, cum ubi nihil superest distribuendum, ibi & divisio expiret, sed expresse quoque sancitum est, in *Ord. Proc. d. tit. 50. §. 1. vers. also. ibi.* Wenn es nicht zureicht/muß ein ieder/nachdem seiner Schuld viel oder wenig ist/darvon schwinden lassen/cujus observantia etiam in Judiciis quotidie occurrit, & probatur insuper a *Richt. d. l. c. 6. n. 15.*

(e) Major pars creditorum, non pro numero personarum sed pro quantitate debiti æstimatur, per text. in *l. majorem. 8. cum ll. seqq. ff. de pact. l. cum solito. 8. C. qui bon. ced. poss. Meier. l. 1. tit. 7. n. 9.* unde unus interdum creditor majorem partem constituere potest. *Stracha. de decoct. p. 6. n. 5.*

(f) Eorum scil. qui hypothecam non habent, per text. *l. rescriptum 10. pr. in ff. de pactis.* Hypothecarii. ergo, (inter quos & arrestantes connumerandi sunt, non obstante Berlichii opinione *p. 2. decis. 240.*) pactum ejusmodi remissorium reliquorum creditorum nihil præjudicat, *Carpz. p. 2. c. 22. def. 28. Richt. d. c. 6. n. 32. Brunnem. ad d. l. 10. ff. de pact. n. 8. & seqq.* etiamsi remittentes nonnulli pariter hypothecarii sint, *Berl. d. p. 2. decis. 238. Stracha. d. p. 6. n. 13. Carpz. ib. n. 9.* Personaliter tamen privilegiatos in præcedente classe positos quin pactum ejusmodi etiam chirographariorum obstringat, non dubitandum est, per text. *d. l. rescriptum 10. ff. de pact. Berl. 16. dec. 235.* salva tam prioritare ipsis competente, *Brunnem. ad d. l. 10. n. 19. & quos allegat.*

(g) Et quidem ad similem remissionem, pro rata debiti computandam, etiam non consentiens adigitur, per *l. Jurisgentium. 7. §. fin. ff. de pact. & late ded. Carpz. d. p. 2. c. 22. def. 27. Richt. d. c. 6. n. 17. Brunnem. ib. n. 1. & seqq. Berl. p. 2. dec. 235.* interveniente scil. Judicis decreto, per text. in *d. l. 7. §. fin.* quod cum cognitionem & publicationem præsupponat, partes etiam ad id citari necesse erit, per *supra c. 1. ib. 3. lit. a. ded. & Stracha d. p. 6. n. 9. Carpz. ib. n. 14. & c.*

## CAPUT VII, & ultimum

De

### COLLOCATIONE ET ASSIGNATIONE USURARUM.

THESIS I.

Usuræ mutui (a) regulariter (b) non nisi omni Creditorum sorte soluta (c) licet super illis hypotheca  
simul



simul constituta fuerit, (d) ex bonis allodialibus (e)  
adjudicantur. (f)

(a) Usuras quidem per se proprie non nisi in mutuo committi docent *Molin. de usur. n. 8. & 9 Vasq. l. 6. contr. c. 60. n. 8. Dn. Ziegler. ad §. 1. Instit. Jur. Can. de Usur. in verbis Usura est, & c.* Cum tamen nomen earum in latiore significatu etiam reliquis contractibus, ubi aliquid sorti accedit, accommodari soleat, *Molin. eod. tr. n. 4.* Et e contra prælatio usuris in foro nostro denegata ad mutuum solummodo restricta sit, *per text. Ord. Torg. de an. 1583. tit. von Wucher. §. Jedoch. & Proc. Ordtn. d. tit. 50. §. Es ist aber. in f. verb.* doch hat solches alleine in mutuo stat; Ad clariorem distinctionem usurarum ab interesse, Mutui vocabulum in thesi non inconvenienter adjunximus.

(b) Regulariter ergo usuræ mutui in foro nostro Elect. Sax. omnibus capitalibus postponuntur, per paulo post deducenda. Uti autem nulla regula sine exceptione est. Ita & hæc limitatur in Ecclesiis, Scholis, Universitatibus, Stipendiatis & Hospitalibus, quibus non olim modo usuras simul cum sorte adjudicatas testatur, *Carpz. ad C. 28. p. 1. d. 171. it. p. 3. decis. 277.* sed etiam expresse, ob favorem scil. piæ causæ, quodque usuras non eo nomine, sed ut interesse petere censeantur, insuper & de Jure communi usuræ simul exsolvendæ sint, hæc observantia jam nunc confirmata existit *in Nov. Elect. Decis. 8.*

(c) Alias in omni mutuo non nisi cunctis exsolutis creditorum capitalibus usuræ assignandæ manent, *per text. d. Ord. Torg. de anno 1583. tit. Von Wucherl. Contracten §. Jedoch. ibi.* So sol man von aus geliehenen Geldern auf keine Zinsen/sondern alleine auf die liquidirten Hauptsummen sprechen/wenn aber dieselben abgelauffen und bezahlt. *& c. item text. der Ehur §. Proc. Ordtn d. t. 50. §. Es ist aber. ibi.* Die Zinsen aber sollen sie so dann erst/wenn alle Gläubiger/und also auch die Chirographarii der Hauptsummen vergnügt/bezahlet werden. de cujus etiam observantia post ubivis obvia præjudicia docent *Carpz. d. c. 28. d. 161. Moller. ib. n. 64. Richt. c. 7. n. 43. & seqq.*

(d) Nec refert in allodialibus, quod hypotheca simul pro usuris constituta, vel arrestum desuper impetratum fuerit. Nam & eo casu usuræ postponendæ manent, tum, quod prædictæ sanctiones non modo generaliter sineque distinctione loquantur, sed & expresse ad omnes prædictos, consequenter & hypothecarios creditores se referant, tum etiam, quod ratio prohibitionis, partim in odio usurarum, partim quoque in ejus, qui de damno vitando laborat, prælatione consistens, nec in usuris hypo-

theca munitis cesset, unde & ita quotidie pronunciari praxis docet, & *Carpz. quoq; d.l. def. 162. it. Richt. d.c. 7. n. 47. post ibi allegatos confirmant.*

(e) In bonis allodialibus tamen hæc solummodo locum habere, & olim jam observatum, testibus iisdem authoribus, & jam nunc etiam expresse declaratum est, *in d. Nov. El. Decis. 8. in f. verb. Jedoch solches allein auff Erb, und allodial Güther verstanden werden.*

(f) Adjudicantur ita usuræ post cuncta capitalia, & quidem eodem ordine, quo illa ipsa collocata fuerunt, *per d. text. der Ehrst. Proc. Ordn. §. Es ist aber. verb. ihrer Ordnung nach/ scil. capitalium, quorum paulo ante mentio facta. Carpz. ib. def. 174. Non tamen majores, quam quincunces, licet promissæ fuerint, per Rec. Imp. de anno 1586. & 1594. nec non Ord. Prov. El. Sax. de anno 1550. ac 1555. ut & d. Ord. Torg. de an. 1583. Carpz. p. 2. c. 30. d. 1. it. in prax. crim. p. 2. qu. 92. n. 20. & seqq. præsertim cum hodie sextus florenus etiam, ab anno 1628. collectæ nomine Magistratui solvi consuetus, itidem remissus, & sublatus fuerit, per Recess. Provincial. Elect. Sax. de anno 1653. & Resol. Gravam. de an. 1661. tit. Cammer, und Rent. Sachen. §. 12. p. 91. Nec ultra alterum tantum, nisi debitor interim pro solutione judicialiter interpellatus fuerit, per Nov. Elect. Decis. 29. §. Nach dem. vers. wann nur in lehern der Schuldner von Gläubiger judicialiter, wie diesen zubeschelnigen oblieget/interpelliret worden.*

## THESIS II.

In feudalibus [a] vero, nisi consensus [b] expresse ad sortem saltem restrictus fuerit, ut & ex aliis [c] contractibus debitæ, nec non si loco interesse [d] petuntur, pari prioritatem [e] gaudent, unde & interesse pretii non soluti [f] pecuniæq; hæreditariæ [g] item annui redditus [h] usuræ dotis [i] ac dotalitii, pupillares (k) fidejussoriæ (l) & similes, (m) simul cum forte etiam de bonis allodialibus exsolvuntur.

[a] Postpositionem usurarum ad bona saltem allodialia restrictam esse, supra *th. preced. lit. c. ex Nov. El. Dec. 8.* probavimus. Unde in feudalibus secus esse facile conicere licet, prout etiam probat post alios alleg. *Carpz. ad C. 28. p. 1. d. def. 162. n. 7.* Et quidem non in illis tantummodo debitis, pro quibus feudum cum expresse Domini Consensu hypothecarum existit,

existit,

existit, siue usurarum inibi mentio facta sit, siue non, per *ded. Hartm. Pist.* p. 2. q. 49. *Berl. p. 2. c. 55. n. 52. Carpz. p. 2. c. 46. d. 32. it. 17. de Oner. Vas. Feud. dec. 2. pos. 4.* sed etiam in reliquis oneribus feudalibus usurae simul cum sorte exsolvantur, per eosd. *auth. ib. praesertim Carpz. d. tr. dec. 5. pos. 10. it. d. c. 46. d. 32.*

(b) Limitatur tamen prius in consensu expresse tantum ad sortem restricto, & usuras nominatim excludente, quo casu quin in concursu etiam reliquis capitalibus postponendae veniant, nemo dubitabit, & extat etiam desuper *Nov. Elect. Decis. 10. post ded. de Schrader. de feud. p. 8. cap. 4. num. 20. Schulz. ad Rotschiz. art. 26. num. 59. & 60. vers. interim.*

(c) Ex supradicto fundamento, quod usurae solummodo in mutuo postponendae sint, sequitur porro in aliis contractibus & debitis, aliud quoque obtinere, id quod insuper etiam fundatur non tantum in vulgata illa theorica, quod quaelibet exceptio firmet regulam in casibus non exceptis, *arg. l. nam quod 4. §. fin. ff. de pen. leg. cum simil. Everhard. in top. loco ab except. ad reg. 9. num. 1.* sed etiam, quod statutum hoc Sax. correctorium ita restringendum sit, ut minus laedat jus commune, *Schulz. in pract. l. 2. qu. 65. num. 32. & seqq.*

(d) Generalis quoque est exceptio, etiam in *Nov. Elect. Decis. 8.* approbata, si usurae petantur ut interesse praesertim compensatorium, in quo creditor scilicet aequae de damno vitando laborat, quod & tunc pari cum sorte praerogativa gaudeant, prout quoque deducunt *Coler. de proc. p. 1. c. 10. num. 114. Moller. l. 4. semestr. c. 16. Carpz. ad C. 28. p. 1. d. 164. Richt. d. c. 7. num. 77.*

(e) Par haec prioritas in jure communi quoque fundatur per *l. Lucius. 18. & l. quarebatur. 20. ff. qui pot. in pign. Fab. in C. l. 7. t. 18. d. 22. Myns. cent. 1. obs. 59. in pr.* Et praeseruntur usurae, hisce sequentibusque casibus, simul cum sorte, licet reliqui creditores ne sortem quidem consequi valeant, per *text. der Ehurf. Sächs. Proc. Ordtn. d. t. 50. §. denn wenn. ibi. soll er in dem Fall der gebührenden Zinse / wenn gleich die Güther zu Bezahlung aller Gläubiger nicht zureichen / seiner Ordnung nach befriediget werden. Moller. l. 1. sem. 28. num. 3. Hartm. Pist. obs. 63. num. 2. Carpz. ad. d. c. 28. d. 169. num. 2.*

(f) Inter alios exempli loco adjectos casus, usuras pretii non soluti simul cum sorte collocandas primo designat *text. der Ehurf. Proc. Ordnung. d. t. 50. §. denn wenn.* Fundamento certe tam tam in jure communi, secundum supra ded. quam aequitate fundato, per rationem in *d. Ord. Proc.* appositam, quod venditor interim usu rei suae carere cogatur, adeoque usuras non ut lucrum, sed tanquam fructus rei suae persequatur, uti pluribus

bus deducunt *Moll. d. c. 28. num. 7. & seqq. Berl. c. 66. n. 2. Mod. Pist. p. 3. qv. 108. n. 13. Carpz. d. c. 28. d. 167. Rucht. d. c. 7. n. 78.*

(g) Pecuniæ hereditariæ prærogativam per stipulationem & receptionem usurarum regulariter amitti supra *c. 2. tb. 8. lit. c.* dictum est. Cum vero ejus nomine & pretium non solum quoque veniat, cujus usuris jam jam prioritatem assignavimus, non immerito & hæc prælatio ad dictæ hered. pecuniæ usuras extendenda fuit, prout etiam pariter defendit & præjudiciis confirmat, *Carpz. ib. def. 168.* Illudque in casu moræ, posteaque institutæ actionis expresse approbatum legitur *per Nov. Elect. Decis. 7. §. es wäre dann.*

(h) Annuos redditus ejusdem qualitatis prædicat *d. Ora. Proc. Elect. Sax. cit. §. denn wenn. verb. dergleichen auch mit den usuris in annuis redditibus.* sine dubio non tantum ex supra deductis generalibus fundamentis, sed etiam quod ejusmodi redditus ex contractu emtionis annuatim percipiendus non sit usura, nec accessio quædam ad sortem, sed potius fors ipsa, sive merx vendita, per tradita *Gail. l. 2. obs. 7. num. 6.* unde & hunc casum præjudicio quodam confirmat *Carpz. ib. def. 169.* & defendunt quoque *Berl. d. l. num. 18. Auth. Conf. Sax. p. 3. q. 7. num. 48. Hartm. Pist. obs. 63. num. 2.* Imo non ipsi modo redditus annui, sed etiam eorum interesse moræ simul eadem prioritate gaudet, prout jam supra *c. 2. tb. 7. lit. f.* præjudicium concursus Mötter Wizensis retulimus, & extant insuper similia judicata in concursu Plöz-Thalvizensi, Bünau-Pischvizensi, Schleiniz-Puzkaviensi, aliisque passim, ubi uniformiter tam ipsum capitale, quam annui redditus, ut & eorum interesse moræ eadem classe & prioritate assignatum fuit.

(i) Dotis denique usuris eadem præcedentia cum sorte attribuitur *in cit. §. denn wenn. vers. wie nicht weniger.* & quidem ex speciali simul ratione, quod ejusmodi usuræ uxori loco alimentorum debeantur, *ib. vers. welche etc.* cujus intuitu, cum pro compensatoriis potius, quam lucratoriis habendæ sint, uxorque easdem ad alimentationem exigens de damno vitando certet, utique prælatio eisdem omni Jure adscripta videtur, deducuntibus etiam *Berl. d. c. 66. num. 13. Carpz. ib. def. 166.* Quod si vero uxor ex bonis mariti alimenta aliunde perceperit, usuræ etiam ad id destinatæ, simulq; earum prioritas cessabit, *per text. d. Ord. Proc. Elect. Sax. tit. §. denn wenn. in f. vers. es wäre dann.* nec injuria, cum cessante ratione legis cesset etiam dispositio, *arg. l. quod dictum. 32. ff. de pact. c. cum cessante. de Appel. Everhard. in top. loc. a cessatione rat. 80. num. 2.* & in alternativis utrumque petere nemo possit, *arg. l. bona fides. 57. ff. de R. J. ibiq. Dd.* De cætero vero cum dos & dotalitium, quantum ad prælationem attinet, pari passu ambulent, *per supra c. 3. tb. 2. lit. l. deducta,* utiq; & hujus usuras quoque dupli-

duplicitas licet, pariter preferendas esse consequitur, eoque magis, quod ipsum dotalitii capitale tanquam feudo incorporatum plane inexigibile, adeoque ad usuræ ejusdem non secus ac alii redditus annui, pro sorte potius annuatim percipienda, quam pro veris usuris habendæ sint, de quibus iecirco & interesse moræ debetur, & illud quoque eadem prioritate assignandum venit, per supra circa annuos redditus lit. præced. deducta. Et ita etiam in ibidem allegatis aliisque Concurribus, nec non Term. Trinit. 1669. in Conc. Los-Trebizensi, viduis ejusmodi usuræ tam dotis quam dotalitii, hæque posteriores simul cum interesse moræ, coram supremo Appell. Judicio Elect. Sax. vel adjudicatas vel confirmatas, & acta & sententiæ testantur.

(k) Pupillarium quidem usurarum mentionem non facit *Ord. Proc. d. l.* In Nov. tamen Elect. Sax. *Decis. 9.* & iis quoque eadem cum sorte prioritas donata est, additis rationibus decidendi, quod non ex mutuo, sed ex administratione tutelæ dependeant, & iccirco per seipsas privilegiatæ sint, quibus etiam addi poterit, quod pupillus & ecclesia æquiparentur, per *c. 1. de in integr. rest. Fab. in Cod. l. 1. t. 9. t. 20. num. 10.* unde & utriusque usuris idem privilegium non immerito adscribendum; imo pupillo eo magis, quo majore beneficio gaudent ejus usuræ, cum insuper & earum exactarum tanquam novæ sortis ulteriores quoque usuras tutor præstare obstrictus sit, per *l. tutor. 7. §. si usuras 12. l. qui negotiationem. 58. §. ex duob. 1. ff. de adm. & per. tut.* Et ex hisce fundamentis etiam antea pupillares ejusmodi usuras simul cum sorte prælatas fuisse probant *Carpz. d. e. 28. d. 172. Richter. d. c. 7. num. 98. & seqq.* Restrictione tamen adhibita, & adhuc adhibenda, ad solas residui pupillaris, ut & durante tutela debitas, cum mutui usuras & hic excludat *d. Nov. Elect. Decis. 9.* & privilegii personalis effectus ad tutelam restrictus eâ finita etiam cesset, *Fab. in C. l. 4. tit. 23. d. 8. num. 8. Carpz. ib. def. 173. it. p. 2. c. 24. d. 13.*

(l) A fidejussore porro pro principali solutæ usuræ, cum pariter sortis vicem subintrent, & illæ quoque simul cum sorte pari prioritate collocanda veniunt, tum per text. *d. Ord. Proc. cit. tit. 30. §. Denn wenn. vers. und von denen Zinsen/* tum etiam per text. *l. creditor 12. §. sciendum. 6. ff. qui pot. in pign. Moll. l. 1. semest. 28. Berl. d. c. 66. n. 16. Carpz. ib. def. 170.*

(m) Similes denique casus haud excludendos esse, generalitas supre *lit. c. & d. deductæ exceptionis* evincit, unde & hanc ampliationem annectere non inconueniens visum fuit.

**E**T hæc ita sunt, qua de concursu nostro pro ingenii tenuitate inter quotidianas forenses occupationes, festinante semper & aliis negotiis in horas

turbato calamo, conscribere licuit. Quibus licet haud incommode ad-  
di nonnulla potuissent de creditoribus ex persona tertii nonnunquam prefe-  
rendis, nec non ad eandem rem circa idem jus prioritatis concurrentibus, item,  
de subbationibus, Licitationibus, & adjudicationibus bonorum, utpote quae  
Concursum nostrum comitari solent, adq; finalem creditorum dimissionem per-  
tinet. Temporis tamen & pagellarum angustia circumscripti filum abrum-  
pere cogimur, ideoq; ne verbulum ulterius addamus quam Chri-  
stianum illud ac devotum finale

## SOLI DEO GLORIA.

